



# Compendiariae titulorum Codicis Iustiniani Exegeses.

<https://hdl.handle.net/1874/454785>

17.9. Ko\*

**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell**

**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnde
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection**

**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

MAG

L oct

304

19

9

95




E-854





304  
Jus poliūvum et Interpretis

Octavo n°. 304.



et Spangenberg. L. B. p. 291.

W hen do crows sing. Nas., 1849. 8.

# COMPEN

DIARIE TITVLO  
rum Codicis Iustini  
ani Exegetes,

Authore Christophoro  
Hegendorphino.

Haganoæ apud Ioh. Sec.  
Anno M. D. XXIX.



Duchely

140  
GUTTUS PROLOGI  
Hildegardis epist.

modus in modum.  
et modus

modus in modum.  
modus in modum.

# CLARISSI

MO IVRIS CONS VLT

LUDOVICO FACCIO, PRAB

ceptori suo charissimo,

Christophorus He

gendorphinus

S. D. P.



VÂM VIS aliquâdiut  
istâs titulorum Codicis  
Iustiniani Exegetes, do  
ctor doctissime, nulli pr  
sus huncupare optimum  
esse arbitrarer, quod  
nec mihi authori admo  
dum dignè uiderentur,  
quæ uero alicui magni nominis dedicaren  
tur, tamen mutauit tandem hanc sententiam,  
& istâs titulorum Codicis interpretationes  
quamuis abiectas, sine patrocinio in publi  
cum prodire nolui. Moverunt me cù alia  
multa, tum illud in primis, quod certo au  
guror petulantissimos quosdâ nebulones  
exorituros, qui gladiatorio, quod aiunt,  
animo, ad me affectaturi sunt, uiâ, quod  
ego, qui non plus quinquennium Iuri Ci  
uili operam dedi, Prouinciam exponen

A q

## EPISTOLA. NUN

di titulos Iuris sumpserim, quibus hoc responsum non dictum esse uolo, me quis non omnibus numeris consummatum Iurisconsultum, eo tamen sub te praeceptore in luce progressum esse, ut titulos Codicis, si non ad unguem, at mediocriter intelligam, quando titulorum expositio, & ex utriusque literaturae cognitione, cuius me studiosum esse fateor, non parum pendeat. Et, ut maxime in his titulis exponendis alicubi lapsus sim, uenia me dignum esse arbitror, ut qui non ostentandæ eruditionis gratia, sed ut & mea priuata, & publica iuuenum studio forum Iuris Ciuilis studia, pro mea uirili iuarem, hos titulos & me expositos, in lucē dederim. Tum quando, ut non difficile probatu est, Accursius, Bartholus, Baldus, inter Iuris interpretes lumina, non raro in his Codicis titulis exponēdis, uelut in portu impegerunt, quid mirum si Hegendorphinus alicubi in titulorum Exegesi offendit? Mouerunt me & alia quāplurima, ne istos titulos citra patrocinium alicuius emitterem, sed ea in præsenti referre opus non est, maxime cum te mihi patronum elegirim, qui pro suo cādore, & singulari in me benevolentia facile omnibus calumniatorum insultibus, uel non rogatus obfisteret,

Tē uero

## CUPATORIA.

Te uero, mi doctissime præceptor oro, ut  
laborem istum meum, quem sanemagnū  
in his titulis exponendis lobiui, pro tua in  
me beneuolentia beneuole suscipias, susce  
ptum, si forte opus erit, gnauiter defen  
das. Ethoctibi de me persuadeas, me  
si quem alium, uere & ex animo  
tuum existere. Vale.  
præceptor do  
ctissime.

A ij

## DE IUSTITIANO

COPIE

admodum

Q[uod] t[em]p[or]e q[uod] d[omi]ni h[ab]et i[n] s[e]c[u]l[u]r[i]o[n]e  
ad e[st]at[us] q[uod] d[omi]ni h[ab]et i[n] s[e]c[u]l[u]r[i]o[n]e

EXEGESES TITV.  
**TITVLVS**  
DE NOVO CODICE  
FACIENDO.



N HOC TITV  
lo Iustinianus Impe  
rator ostendit se no  
uum quendam Co  
dicem cōponi , pro  
curasse , in quo præ  
ter suas nouas cōsti  
tutiones, etiā hæ que  
in Gregoriano, Her  
mogeniano, Theodosiano Codice referan  
tur, complexæ sint,

DE IVSTINIANO  
CODICE  
confirmando.

**S**Vmma huius tituli est, Imperator Co  
dicum suum, ne ueluti Apocryphus ha  
beatur, cōfirmat , et quā utilis Reipub.  
Codex hic futurus sit, monstrat, & ipsum  
īnulgari, & diligenter obseruari mandat.

LORVM CODICIS.  
DE EMENDATIONE CO  
dicis Domini Iustiniani, & se  
cunda eius editione.

**C**V M Imperator Iustinianus secundū priorem Codicem, & multas cōstitu-  
tiones edidisset, & in priore plerasq;  
correxisset, hæ, cum in iam dictū Co-  
dicem relatæ non essent, iniunxit uiris nō  
minus sapientibus, quam eloquentibus, ut  
priorem Codicem interpolent, & nuper  
inuentas sanctiones inserat, & pro-  
eo ac cōmodum eis uideatur,  
plerasq; refingat, ac no-  
uum Codicē in  
publicum  
edant.

A iiiij

EXEGESES TITV.

LIBERI  
IVSTINIANI.  
Desumma Trinitate, & fide ca-  
tholica, & ut nemo publi-  
ce de ea contendere  
re audeat.



I C Imperator docet  
de sacro sancta Trini-  
tate ita credēdum, ut  
Apostolica disciplina  
iuxta Euangelica do-  
ctrina statuerit, nēpe  
Deum patrem, Deū  
filium, Deum spiritū  
sanctum, unum quidem esse Deū, sed per-  
sonas tres. Adhæc præcipit, ne quis ea,  
quæ de fide catholica, sacro sanctæ Trinita-  
tis iuxta apostolicas expositiones, & institu-  
ta sanctorum patrū, qui in Nicena synodo  
fuerunt, diffinita sunt, in publico disputan-  
do conuellat, & quasi non tam satis recte  
discussa sint, in dubium uocet. Porro hoc  
in isto titulo memorabile est, quod is, præ-  
ger alia concilia Nicenæ synodi honorificā  
ad eo

## LORVM CODICIS.

adeo mentionem facit, & quot patres san-  
cti ei interfuerunt recenset. Cæterum quā  
do paucis adeo constat, qui dicantur Archi-  
mandritæ monasteriorum, quorum sit mē-  
tio Lege quarta .§. omnes uero nolim late-  
re jurisstudiosos Archimandritas, Abba-  
tes quondam dictos, quod olim monachi  
hæremos incolentes, εν τηις μάγαροις id  
est, speluncis & cauis montium habitarunt.

## De sacrosanctis Ecclesijs, & de re- bus & priuilegijs earum.

**EKKΛΗΣΙΑ** Græcis contionem & cōgre-  
gationem significat. In hoc titulo, ecclesiæ  
nomine designantur, & loca Deo dicata,  
& homines, qui locis huiusmodi præficiun-  
tur, ut munia sacra obeant, proinde hic ti-  
tulus, & templorum & personarum tem-  
plis præfectorum Iura singularia, hoc est,  
priuilegia ostendit. In L, neminem, sunt uo-  
ces, angariæ & perangariæ, quæ quando  
plerisq; caliginem ob oculos effundere pos-  
sunt, eas obiter exponam. Angariæ seu  
perangariæ, dicuntur munia quæ capessunt  
incolæ in auehendis reuehēdisq; instrumen-  
tis bellis, dictæ angariæ Suida auctore, quod  
necessitate urgente illa munera subeatur.

A v

## EXEGESES TITV.

De episcopis, & clericis orphaño  
trophijs et xenodochijs et bephō  
trophijs, ptochodochijs, & assi-  
sterijs, & monachis &, priuilegijs  
eorum, & Castrensi peculio, &  
de redimendis captiuis, &  
de nuptijs clericorum  
uetitis seu per-  
missis.

Cum in isto titulo uoces Græcæ adeo  
multæ sint, & hæ magna ex parte corru-  
ptæ, eas prius exponam & restituā, quam  
quid Titulus complectatur, dicam. Orpha-  
notrophiū appellatur domus, in qua nu-  
triuntur orphani liberi patre priuati, ἀντὶ τα-  
ὗφω καὶ οὐρφανος. Xenodochium, domus  
in qua peregrini, & hospites accipiuntur,  
hodie hospitale appellamus, ἀντὶ τα σιχε  
μαι καὶ ξένος. In Titulo est bephotrophijs  
sed legendum est brephotrophijs. Est uero  
βρεφοῦροφεῖ οὐ locus in quo aluntur infantes.  
Nam βρέφος infantem Græce sonat. Est in  
Titulo assisterijs pro asceterijs. Porro ἀσκε  
τίειον

## LORVM CODICIS

*Τέλον* appellatur locus, in quo moniales seruantur, & ad pietatis studia exercentur, *άρκεω* Græcis exerceo, & *Τηρέω* seruo, cui studio, significat. Iam ex his vocabulis et ex positis & restitutis facile est cernere, quidnam in isto Titulo tradatur, nempe, de ætate, uita, moribus, priuilegijs episcoporum & clericorum, de priuilegijs orphanotrophiorum, Xenodochiorum, Brephodochiorum, Prodochiorum, Asceteriorum, Monachorum. Adhæc de Castrensi peculio clericorum, hoc est, de bonis clericorum differitur, de redimendis captiuis, quid illis accidat, qui uel testatorem uel cognatum e carcere redimere poshabent, per quem, quo pacto captiuorum fiat redemptio, quis pecuniam relictam ab aliquo in redemptione captiuorum, exigere possit. Denique quibus clericis licitum sit matrimonium contrahere, quibus non licitum sit.

**De Episcoporum audientia, & diversis capitulis, quæ ad Ius curamq; & reueretiam pertinent pontificalem.**

Hic Imperator differit de Episcoporum audientia. i. Iurisdictione, quam in audien-

## EXEGESES TITV*i*

dis causis & his similibus rebus sibi sumere possunt. Tum quarum rerum satagere debent Episcopi, nimirum quod debeat satagere eorum, qui in carcere degunt, satage re quo capti e vinculis afferantur, damnati suppicio afficiantur, & siquæ sunt huius generis.

### De Hæreticis, & Manicheis, & Samaritanis.

In hoc titulo agit Imperator, nihil eorum priuilegiorum, quæ Christianis concessa sunt, hæreticis, et in primis Manicheis & Samaritanis concessa existere. Porro, Manichei a Manete quodam hæretico disiunt, qui tempore Fœlicis Romani Pontificis uixit, gente Perses, uita & moribus barbaris homo multo omniū insanissimus, quippe qui se modo Christum agere conabatur ostendere, modo se paracletum esse iactitabat, denique eo insanè processit, ut Christi more, duodecim discipulos assumeret, quos ad dispergendum uaria a uarijs hæreticis accepta dogmata, emittebat. Hæc ferme tradit Eusebius Cæsariensis libro septimo historiæ ecclesiasticæ. Cæterum, Samaritani homines erant, qui sciuneti a Iudeis, diuersa ab eis sentiebant, ut indicat Suidas in Colle-

## LORVM CODICIS.

in Collectaneis Græcis, vide & diuum Hie  
ronymum ad Algadiam.

### Ne sanctum Baptisma reiteretur.

Hic titulus & τὸν ἀναβαπτίσμον prohibet & ostendit, quæ pœna tam rebaptizan-  
tēm, quam rebaptizatos maneat, nempe  
ultimum supplicium, quod, ut Accursius  
hic affirmat, mors est, Accursio suffraga-  
tur L. ultimum. ff. de pœnis. Ethoc quidē  
vero accedit, si uterque eorum, dolo fecerit,  
id est, si utriusque exploratum fuerit, non inte-  
grum esse si semel baptizatus sis ἀναβαπτί-  
ζεσθ. Ita Azon, ne quem sua gloria frau-  
dem, exponit.

### De Apostatis.

Απόστατος Græcis deficio significat, inde  
& ἀπόστατος defector, qui scilicet a fide Chri-  
stiana ad Paganismum uel Iudaismum desi-  
cit & desciscit L. finali eodem titulo.

In hoc titulo Imperator docet quæ pœ-  
næ de apostatis expertantur, nimirū quod il-  
lorum bona auxionentur, quod illis testi-  
monij dictio non sit, quod ex testamēto ca-  
piant nihil, nec in pristinum statum recipiā-  
tur deniq; ejciantur ex urbibus, siue sacris

## EXEGESES TITV.

inaugurati sint, siue prophani existant.  
Nemini licere signum saluatoris  
Christi humi, uel in Silice, uel in  
marmore aut sculpere  
aut pingere.

Pietas Imperatoris hoc in titulo demon-  
stratur. Nam cum, ut coniçere licet, ple-  
ricq; signū saluatoris Christi, despiciatui ha-  
berent, & ut est impietatis comes audacia,  
pedibus humi obtererēt, Imperator hac L.  
unica pœnam capit is minatur ijs, qui signū  
uindicis Christi humi, aut in silice, aut mar-  
more, uel sculpi uel pingi curēt. Secus est,  
si Christi imago in pariete uel alio loco ho-  
nesto aut sculpatur aut pingatur, nā hoc  
fraudi esse non potest, ut est in Can. perlatū  
de Consecrat. dist. tertia.

## De Iudæis & cœlicolis.

Iudæi, quia secūdum eorum leges in re-  
bus suis uiuere uolebant, nec se Cœlicolæ  
id est, Christianorū legibus accōmodare,  
Imperator in hoc titulo iubet, ac imperat,  
ut in contractibus leges Christianorum se-  
quantur, corā iudicibus Christianis litigēt,  
præcipitur quoq; Christianis, ne aut Iudæ-  
os offendant, aut rebus eorū violentas ma-  
nus inij-

## LORVM CODICIS.

Mus in iugiant, & a Iudæorum matrimonio  
abstineant.

Ne Christianum mancipium hæ  
reticus uel Iudæus habeat, uel  
possideat, uel circūcidat.

Quid in hac L. tradatur, cuius obuiū  
esse potest, hoc unū obseruatione dignū,  
quod si Iudæus mancipium, id est, seruum  
Christianum circuncidat, pœna exiliū mul  
tandus sit, id quod etiā astruit L. Iudæi. ij.  
Supra de Iudeis & c. ij. & si. extra de Iudeis.

De Paganis & sacrificijs &  
templis eorum.

Pagani dicuntur quicunq; a uera & or  
thodoxa fide aberrantes, peculiares Deos  
sibi singunt, in quos multa scripsit Grego  
rius Nazianzenus in libris aduersus Gentil  
es, de quibus uide & historiā Ecclesiasticā  
tripartitam libro septimo. Imperator er  
go in isto titulo prohibet, neid genus homi  
num aut sua sacrificia peragat, aut tēpla sua  
aperta habeat, sub pœna capitis, & omniū  
bonorum confiscatione.

De his qui ad ecclesiā confugiūt,

EXESES TIT.V  
uelibi exclamant, & ne quis ab ec-  
clesia extrahatur.

Ecclesia in hoc titulo accipiatur pro lo-  
co rebus sacris destinato. Iam Imperator  
hic docet an hq sceleris alicuius authores in  
loca sacra confugiunt, ui extrahi possint,  
qua de replenissime tractat L. præsenri &  
c. inter alia extra, de imunitatibus ecclesiæ.

De his, qui in ecclesijs ma-  
numittuntur.

Manumittere, est dare libertatem. §. ma-  
numissio, Insti. de liberiniis. Iā Imperator  
in titu. isto agit quod in ecclesia corā episco-  
po iuxta populi contione manumissus. i.  
libertate donatus, perinde habēdus sit, atq;  
si coram iudice manumissus esset, qua de re  
uide & §. multis autem modis, Institu. de  
Libertinis.

De legibus & constitutionibus  
principium, & edictis.

Lex est quod populus Romanus senato-  
rio magistratu interrogante, ueluti consule  
constituebat. §. Lex, Insti. de lure na. Gen.  
& Ciui. Constitutio uero est proprie quod  
cunq; Imperator uel per epistolam consti-  
tuit uel

## LORVM IVSTINIANI.

uit, uel cognoscēs decreuit, uel edictō p̄cepit. §. quodcunq; igitur, Institut. de Iure na. Gen. & Ci. Edicū, sunt literæ quibus magistratus aliquid iubent, atq; imperant. His uocibus recte perspectis, haud difficile est cognoscere, quid in isto titulo tractetur. Tractatur enim priuilegia, non legem generalē reddere, tractatur quæ sint leges generales, quæ speciales. An principes legib; latis obnoxij sint, quis contra legis mē tem faciat, leges futuris negotijs dari. Tractatur penes quem sit legum interpretatio.

## De mandatis Principum.

Mandare, est alicui personæ gerendum aliquid exequēdumq; committere, inde de mandatis principum est hic titulus quibus credi Imperator non uult, nisi ea scriptis probentur.

## De Senatusconsultis.

Id quod Senatus constituit atq; prohibet, Senatusconsultum dicitur. §. Senatus consultum, Institut. de Iure na. Gen. & Ci. Hinc est titulus de Senatusconsultis, quæ & diligenter obseruari, & rescripta aduersus ea extorta, nullius momenti putanda esse, Imperator hic præcipit.

## EXEGESES TITV

De ueteri Iure enucleādo, & de au-  
toritate Iurisprudentum, qui  
in Digestis referūtur.

Ius uetus appellatur, quod ab urbe Ro-  
ma condita, & a Romuli tempore ad secu-  
lum usq; Iustiniani, ferme per mille qua-  
dringētos annos cōfusissime sparsum erat,  
id quod Iustinianus in hoc tiulo uiris q̄bus  
dam non minus disertis q̄ prudentibus enu-  
cleādum, i.e. exponendum, & in certū libro  
rum ordinem redigendum demandat. Ad  
hoc de authoritate Iurisprudentum, quæ  
dam differit. Porro in L. h. quædam Græ-  
cæ uoces in exemplarib; plerisq; deside-  
rantur, quas Alciatus ita reponendas cen-  
set. Verba Imperatoris sunt, nec qui postea  
fuerint, audeant cōmentarios hisdem legi-  
bus annexere, nisi tamē si uelint eos in Græ-  
cam uocem transformare, ea consequētia,  
sub quā uoce Romana positæ sunt, hoc qđ  
**Græci κατὰ τὸ δικαίον**, id est, iuxta pedē, id est  
appositū, & uehementer accōmodatum, ut  
Erasmus in prouerbijs exponit, dicuntur,  
uel si quis forsitan per titulorū subtilitatem  
annotare maluerit, & ea quæ **παρὰ τίτλον**  
nuncupantur, id est, summaria quædam cō-  
ponere.

De Iuris

## LORVM CODICIS.

### De Iuris & facti ignorantia:

Hie titulus agit quibus hominibus, & quando officiat, uel Iuris uel facti ignorantia. Ignorantia facti est, ut si me fugiat eum obijisse mortem, qui cognitione mihi iunctus fuit, aut non fugit me eum morte obijisse. Cæterum uel intestatum obijisse, uel me hæredem institutum latet. Porro, si cōpertum idem habeam eum intestatum uita funatum esse, sed me Iure cognitionis succedēdi mihi copiam esse ignoro, aut si aliū, qui non prēponi queat, iri præpositum mihi existimo Iuris ignorantia labor, ut L. prima. ff. eodem titulo.

### De precibus Imperatori offerendis, & de quibus rebus sup

plicare liceat, & ubi.

Imperator hic agit quo pacto sibi preces hoc est, supplicationes offerendæ sint, & a quibus, & quibus de rebus. Et summa est, preces sibi offerendas, & pro consuetudine & Iure. Consuetudine quidem, ut genua flectantur. Iure, ut paucis summam rei in libello quodam proferamus, omissis hīs, quæ ad rem nihil faciunt, ut est uidere in L. ultima, titulo eodem.

B. ii

## EXEGESES TITV. 1.

Quando libellus principi datus,  
litis contestationem facit.

In hoc titulo hoc asseritur, quod supplicatio principi facta, simul ac princeps ad eam rescriperit, litis contestationis uicem obtinet. Adhoc ut actio, aut in triginta aut quadraginta annos pro eo ac in litis contestatione fieri solet L. prima C. de annali except. perpetuetur & transeat ad hæredes L. prima, eodem titulo.

Vt lite pendente, uel post prouocationē, aut diffinitiuam sententiā nulli liceat Impatori supplicare.

Quid hic titulus cōpleteatur, rubrica facile indicat. Indicat uero pendente lite, uel prouocatione, antequam sententia diffinitiuferatur, neminem super causa tali principi supplicationē porrigere debere, nisi forsitan uel actorum cōmunium uel pronūtiationis editio denegetur, ut L. ij. eo. ti.

Si contra ius, uel utilitatem, uel per mendacium fuerit aliquid postulatum, uel impetratum.

Summa est, nullum rescriptum, nullam sacram annotationem, nullā pragmaticam sanctionem,

## LORVM CODICIS.

sanc*tionem*, quæ l*uri cōmuni et utilitatī pu*  
blicæ aduersari uidentur, ubiubi proferan  
tur, aliquid momenti habere debere.

Dediuersis rescriptis, & pragma  
ticis sanc*tionibus*.

Hic titulus tractat diuersorum, & uario  
rum rescriptorum, rationes, & formulas.  
Nimirum annotationum, pragmaticarum  
sanc*tionū*, & si quæ alia genera rescripto*rū*  
sunt. Porro, annotatio in l*ure Ciuiili* dicitur  
rescriptum principis, quod ipse suo ipsius  
cōsilio adductus alicui imparuit. Pragmati  
ca sanc*tion*, est quod princeps ecōsilio suorū  
procerum sanc*tit* & statuit, in causis uniuers  
orum, utin L. uniuersa rescripta eo. ti.

De statuis & imaginib*us*.

Statu*c* dic*untur* opera sculp*tilia* & fusilia,  
imagines uero opera p*icta*. Vnde in hoc ti  
tulo Impator statuit, ne iudices, uei statu  
as, uei imagines sine principis consensu eri  
gantur, statuit ut si quando principi statua  
erigatur, Iudex adsit, nec uult subditos in  
statua principi facienda, ulla pecuniarū col  
latione, grauari debere.

De his, qui ad statuas,  
confugiunt,

B iii

## EXEGESES TITV.

Summa est, qui confugiunt ad statuas, hoc est, simulachra Imperatorum, iusto me tu commoti, Iure & legibus, vindicari debent. Cæterum, eos, qui propter scelera, quæ designarunt ad statuas confugiūt, ab illis arripiendos, & vinculis mancipandos esse, Imperator præcipit.

## De officio præfecti pretorio Orientis, & Illyrici.

Præfectus pretorio sub Cæsaribus disciplinæ militari præerat, & pretorio, id est, militiis, cohortibusq; pretorianis, is instar magistrorum equitū habebatur, nisi quod magistrorū equitum potestas legitima erat, hoc est, legibus populi Romani inuecta. Præfectos autem prætorio, Imperator suo arbitrio inuexit, id quod probat, L. prima, ff. de offi. præfect. preto. Porro Oriēs dicitur illa pars mundi, unde Sol oritur, auctore Pomponio Mela libro primo. c. primo. Illyria, uel illyris prouincia est, quæ lōge lateq; patet, ut q; uæ intra Italianam, Germaniam superiorem, Macedoniam, Thraciam, Epirū, sinum Adriaticū, Danubium, continetur: uide Pomponium Melam lib. secundo, cap. de Macedonia. Nam in hoc titulo Imperator differit, quod officiū eius sit, quæ

A paulo recentiori  
bus Cæsa-  
rib. præfe-  
cti præto-  
rio, & ad  
prouicias  
gubernan-  
das mitte-  
bantur, ut  
hic tit. et se-  
quens indi-  
cas.

## LORVM CODICIS.

lit, qui præfectum pretorio Orientis, & Illyrici agat, tum de quibus causis, possit cognoscere.

## De officio præfecti pretorio Africæ, & de omni eiusdem dio cœf eos statu.

Africa pars est mundi, cuius breuem descriptionem uide apud Melam lib. primo, cap. quarto. Cæterum, Αντικρίς Graece est gubernio, dispono, inde Αντικρίς, id est, gubernatio, dispositio. Summa ergo tituli est quæ sint partes, & munia præfecti pretorio Africæ administrandæ &c.

## De officio Præfecti urbis.

De præfecto urbis ita Pomponius Letus in libello de magistratibus Romanis scribit. Romulus unum elegit, quē urbanis negotijs præfecit, ut Dionysius ait hunc præfectum urbis fuisse satis constat, longo post tempore, tantum sibi urbis præfectura uen dicauit Cæsarum temporibus, ut criminum omnium in urbe cognosceret, & demum, cum Cæsares ab urbe abessent, præfectus uelut alter Cæsar imperabat de rebus omnibus, quæ ad urbem pertinebant, censebat, hæc ille. Ex quibus facile cognoscere

B iiiij

## EXEGESES TITV.

restituens poterit, quid in hoc titulo trada-  
tur. Porro in L. ultima, eo. tit. Est vox pri-  
micerius ab Accursio male intellecta, pro-  
inde eius interpretationem, obiter adiiciam.  
Primicerius notarius praefecti hic urbis, nā  
aliog principis erat, dicitur, et honore inter  
notarios primus, sicut sequens, secundice  
rius, κηρός enim ceram significat, κήρωμα  
tabulam ceratam, in qua antiqui scribere  
solebant, ab huiusmodi igitur tabulis dicti  
sunt primicerii, hoc ex Alciato, ne quē sua  
gloria fraudemus, transcripsimus.

## De officio magistri militum.

Quid hic titulus in se comprehendat, no-  
tius est ex uerbis tituli, quam, ut a me mul-  
tis ostendendum sit.

## De officio Quæstoris.

Varia fuisse quæstorum genera indicat  
Cornelius Tacitus libro undecimo histo-  
riarum. Inter alios quæstores fuerūt, qui cū  
Imperatoribus Po. Romani mittebantur,  
idest consulibus & pretoribus, ad admini-  
strandam rem pecuniariam, & prædam,  
& manubias in rationes publicas referen-  
das, uide Pomponium lætum de magistra-  
tibus Romanorum, & de his quæstoribus,  
hic titulus

## LORVM CODICIS.

hic titulus loquitur, pro quibus hodie sunt  
thesaurarij bellici.

### De officio magistri officiorū.

Magistri officiorum erant, qui procura-  
bant, ut milites in acie, ceteros antecederet,  
quibus stipendia meliora darentur, uel la-  
bor prolixior ficeret anteire, ut L. secun-  
da, eo. tit. Tum, ad magistros officiorum  
pertinebat significare quotannis Cæsari-  
bus quemadmodum se numerus militum  
haberet, castrorumq; ac clausularum Iura,  
procederet, ut ex L. quarta, eo. tit. collige-  
re licet. Porro, nifallor, tum magistri offi-  
ciorum erant n̄, qui a Pomponio Læto pre-  
fecti castrorum uocantur, quibus eodem  
authore curæ erant, castrorum positiones  
ualli, fossæ, tentoria, tabernacula, tornæ  
ta bellica, & cætera.

### De officio Comitis, sacrarum largitionum.

comes sacrarum largitionum, olim is-  
suisse colligitur, per quem Cæsares stipen-  
dia militibus erogauerunt, ut in L. uni-  
ca huius tituli, Imperator uult ut iudices ad  
istum Comitem breues quadrimenstruos  
dirigant, hoc est ut singulis quatuor mensi-  
bus libellos attributarum pecuniarum mit-

## EXEGESES TITV.

tant'. Attributæ autem pecuniæ nunc  
pantur, quas nunc assignationes dicimus,  
Varro lib. primo de lingua Latina, Tribu  
tum, inquit, dictum a tribubus, quod ea pe  
cunia, quæ a populo imperata erat, tribu  
tum a singulis pro portione census exige  
batur. Ab hoc enim, quæ assignata erat,  
attributum dictum. Ad legem unicam hu  
iis tituli intelligendam facit, quod annota  
uit Alciatus ex Græco legū interprete, Pala  
tinos communi nomine dictos omnes ha  
bitantes in Palatio, alios quidem semper in  
domo Augusti perseverare, qui nunc Cō  
mitatenses, nunc Comites dicuntur. Co  
mitatum autem locum esse, in quo Impera  
tor uitam ducat. Cæterum eos qui in Pro  
vinciam mittantur, Mittendarios a mitten  
do dīci.

## De officio Comitis, rerum priuatarum.

In hoc titulo, loquitur de procuratore Cæ  
sar is, cui, ut Pomponius Lætus author est,  
Omnis res familiaris cōmissa erat, etiā quic  
quid is egisset, ratum erat apud Cæ  
sarem, & penes hunc magna  
erat auctoritas.

De officio

# LORVM CODICIS.

## De officio Comitis, sacri palati.

Hic titulus, ex titulo præcedenti satis su  
percipi intelligi potest.

## De officio Proconsulis & Legati.

Hunc titulū ex uerbis Pomponij Læti,  
Iuuenis facillime intelliget, sed uerba Pom  
ponij si quis requirit, subiçta. Posthumio  
Albo, & Sex. Fuscio consulibus, bello, in  
fœliciter, cōtra Equos gesto, proconsul  
creatus est C. Quintius, & is primus in eo  
magistratu fuit, eum sex lictores præcede  
bant, cætera omnia habebat, uti consu  
les. Et inde statutum est, ut qui Consules  
uno anno fuissent, sequenti proconsules es  
sent, deinde procōsules ad prouincias mit  
tebantur, & singuli singulos legatos habe  
bant, qui administrationi prestarēt auxiliū,  
Procōsul, potestatem exercet in ea pūncia  
tānum, quæ ei tradita est, uel decreta, nisi  
uocaretur in Iurisdictionem uoluntariam,  
hæc Pomponius. Si quid amplius, uel de  
Proconsule, uel Legato scire uolet iu  
uenis, is legat Fenestellam de Ma  
gistratibus Romanorum.

## EXEGESES TITVL.

### De officio Comitis, sacri patrimonij.

Hoc est, de officio illius, qui præterat patrimonio Cæsaris.

### De officio Comitis Orientis.

Hoc est, de officio eius, qui agebat procuratorem rerum Cæsaris, quas in Oriente possidebat.

### De officio præfecti Augustalis.

Id est, de officio præfecti Cæsaris, q; primo omnium, in Egypto morem constituēdi præfectos inuexit, cuius officium est cognoscere, & referre ad principem, ea quæ cognouit, ut est cernere in L. ij. huius tit.

### De officio Vicarij.

Præfecti asciscebant Vicarios quosdam qui uicem eorum in causis Ciuitibus audiēdis desungeretur, de quibus hic tit. differit.

### De officio Prætoris.

Eo tempore, quo pertinacia Tribunorum plebis, q; Romæ sine Cōsulibus quīnq; annis præfueret, L. Festius ex plæbe Cōsul creatus esset, patres, preturam, nouū magistratum Sp. Furio Camillo M. filio derunt. Hic primus Prætor urbanus fuit, a præcessendo

## LORVM CODICIS.

Ap̄r̄essendo Pr̄etor nominatus est, h̄c  
Pomponius Lætus. Quæ uero sunt Pr̄etor  
ris munia, hic titulus aperio ostendit.

### De officio Rectoris

#### prouinciæ.

Prouinciæ dicebantur urbes, quæ a po-  
pulo Romano bello captæ erant, ad quas  
gubernandas, rectores & præsides mitte-  
bantur, de quorum officio hic tū. differit.

### De officio Præfecti uigilum.

Cum urbis ædificia sæpenumero incen-  
dio flagrarent, diuus Augustus quinq; co-  
hortes, ut in uigilarēt urbi, dispositi, & sin-  
guli duas regiones custodiebant. Tunc em̄  
erāt regiones quatuordecim, his quinq; co-  
hortibus præerat Præfectus uigilum, apud  
quem cognitio erat omniū scelerum, quæ  
nocturno tempore fieri solent, præsertim  
de incendio, & latrocinio. Hæc ex Pompo-  
nio Læto hic referre uoluimus, ut quæ ad  
L. unicam huius tituli intelligendam nō pa-  
rum commodatura sunt.

### De officio Ciuilium Iudicium.

Iudices Ciuiles dicebātur, qui causis Ci-  
uilibus audiendis dabant operam, de his in-  
titulo hoc dicetur.

## EXEGESES TITV

### De officio militariū Iudicū.

Quæ sunt Iudicū militarium partes,  
quibus hominib⁹ dicere Ius debeant, qui  
bus non debeant, in quos Imperium habo  
bant, in quos non, disserritur.

### Ne Comitibus rei militaris , uel Tribunis, lauacra præsten tur Curiæ .

Ciuitates uel Curię non debent cogi ad  
calefacienda balnea priuata Tribunis , uel  
Ducibus uel Comitibus militum . i . Vica  
carijs magistrorum militum , hæc Lex uni  
ca huius tituli habet .

### De officio diuersorū Iudicū.

Id est, de officio diuersæ conditionis Iu  
dicū, uel de diuersis Iudicū officijs, quo  
rum est primum: Ne matremfamilias in pu  
blicum protrahant, nisi fortassis pro fiscali  
bus uel priuatis debitīs, in Ius uocetur. Nā  
tunc etiam materfamilias Iudicem adibit.  
Deinde officium Iudicū, est uiris magni  
nominis honorem debitū habere. Postre  
mo , caueant Iudices, ne magni subsellij ul  
ros in subscriptionibus , fratres nominent.  
Porro, in L. tertia huius tituli fit mēto Cor  
niculariorum , quos Accursius tubatores  
fuisse

## LORVM CODICIS.

fuisse existimat. At uero Asconius Accensus  
inget, dicebatur attributi decurionibus, hoc  
est, ministri eorum, quasi ad censum additi,  
quos nunc Commentarienses, & Cornicula-  
rios appellant, haec ille, Per Cornicularios  
igitur, hic accipio ministros additos Iudi-  
cibus, et quasi uicarios Iudicium.

Vt omnes Iudices, tam Ciui-  
les, quam militares, post admini-  
strationem depositam, per quin  
quaginta dies, in ciuitatibus, uel  
certis locis permaneant.

Quid iste titulus, in se complectatur, q-  
libet facile ex uerbis tituli, intelligere pot.

De officio eius, qui uicem  
alicuius Iudicis, uel Pre-  
sidis obtinet.

Hic Imperator tractat de his, qui in uice  
mortuorum, iuxta absentium, tam Iudi-  
cum, quam Praesidum surrogantur, & suffi-  
ciuntur. Et, ut paucis dicam, sufficiunt illi o-  
mnia agere possunt, qui uel partium Iudi-  
cis, uel præsidis Prouinciarum sunt, nisi quod  
ultimo supplicio, id est, morte, L, ultimū,

## EXESES TITV

Supplicium. ff. de pœnis neminē multare  
ualet, nec membrum alicui abscindere, ut  
in L. iij. eo. ti. & in Auten. de Collatoribus  
collar. nona. §. antequam uero.

## De Assessoribus, & domesticis, & cancellarijs Iudicium.

Assessores dicuntur, qui ab illo, cui est  
delegata iudicandi potestas, coguntur, ut  
sibi in causis cognoscendis assident, & suis  
consilijs præstent, quo controuersijs finis  
imponatur. Domestici uero dicti sunt, qui  
apud Iudices domesticorum officio fungen-  
tur, ut L. iij. huius tituli. Cancellarij uo-  
cabantur, qui Iudicibus libellos supplica-  
torios, & offerebant, & legebant, Nota-  
rios, hodie uocamus, de horū trium officijs  
in aliquot legibus, huius tituli multa memo-  
riæ prodita sunt. Vel domestici dicuntur cō-  
scii arcanaorum Iudicis.

## De Annonis, & capitatione admi- nistrantium, & eorum asses- sorum, aliorumque publicas so- licitudines gerentium, uel eo- rum, qui aliquas cōsecuti sunt dignitates.

Annona

## LORVM CODICIS.

Annona, non tantū ad fruges, sed etiam obsonia refertur, unde Annonā macelli dicit Trāquillus. Vegetius annonarias expēsas uocat, eas frugū pabulicę species, quas Prouinciales militibus expendunt. Capiatio mihi dicta esse uidetur, quod præter annonam etiā pecunia quædā militibus data sit, et hoc capitatum, uel in singula capita, unde in hoc titulo agitur etiam de annonis id est, expensis frugum, pabulorumq; & capitatione. i. pecunia capitatum data ḥs, q; administrant, & publicas solitudines gerunt. Tum de annona & capitatione aſſeſſorum eorum, uel eorum, qui aliquas dignitates consecuti sunt.

De contractibus Iudicū, uel eorum, qui sunt circa eos, & inhibēdis donationibus in eos facieſdis, & ne administrationis tempore proprias ædes ædificent, si ne sanctione pragmatica.

In hoc titulo agitur primo omnium de contractibus Iudicū, nimirum ne Iudices contrahant, quia Iudices facile qua pollent authoritate, uenditores cōuenire possunt,

C

## EXEGESES TITV.

cæterum ea, quibus opus habent, compare ualent. Deinde statuitur, ne iudices prouinciales, nec res uel immobiles uel mobiles cernant, præter ea quæ ad uestitum aut uictum pertinēt, in L. unica. §. Prouincias. Tū prohibet Impator, ne iudices prouinciales, donationes ab aliq recipiāt. Et si quid receperint, id ratū esse nō debere, etiā si post gestam administrationē, uel donatiois, uel uēditoris calculus accesserit. Postremo prohibetur in hoc tit. ne iudices q̄desppri as extruāt, quæ oia uide in L. unica, eo. tit.

## De modo mulctarum, quæ a iudicibus infliguntur.

Hic Iustinianus dicit quam mulctam iudices imperare possint, quando eis integrum est, ut iurisdictionem, quam accepterunt, iudicio uel poenæ uel mulctæ propugnant, L. prima. ff. si quis Ius dicen. ob tempera. Porro, mulcta dicitur delicti animaduersio pecuniaria iudicis arbitrio statuāda, L. aliud §. primo. ff. de uerborū signifi. Et obserua L. primam in hoc tit. que astruit mulctam damnū famę nō irrogare. Nec studiosum Iuris lateat, a mulcta quidē prouocari posse, L. antepenultima. ff. de uerborum signifi. Secus uero esse in poena,

ut 2

## LORVM CODICLS.

uta qua non detur prouocatio.

### De defensoribus ciuitatum:

Defensores ciuitatum quondam dicebantur viri, non ex Decurionibus, sed ex alijs delecti tres numero, quorum partes erant, prospicere, ne tenuiores & infirmæ sortis homines a nobilibus, uti sit, premerentur. Nam in hoc titulo ostenditur, quomodo constituantur defensori ciuitatis, quæ eius munia sint, quibus causis se admiscere debeat.

### De magistratibus municipalibus

Municipes ciues Romani erant, ex municipijs suo iure, & legibus suis utentes, munieris tantum cum Po. Ro. honorarii participes a quo munere capessendo appellati uidetur, nullis alijs necessitatibus, necnulla Po. Ro. legie adstricti, cum nunquam populus eorum fundus factus esset, haec Gellius lib. xvi. cap. decimotertio. Deinde obseruatum est, ut unusquisque suæ ciuitatis municipes dicatur, unde & Plinius in epistolis, tam Comum, quam Mediolanum municipia nominat. Hinc Magistratus municipales dicuntur, ipsi ciuitatum Decuriones. Nec desunt authores, qui affirmant eosdem esse Duuumiros, & magistratus municipales. At Duuumiri apud Romanos erant rerum criminalium Iudicii.

C 7

## EXEGESES TITV.

ces, ut indicat Liuius libro primo ab urbe condita. Quales uero in alijs urbibus fuerint, ostendit Vlpianus lib. primo. ff. Si q̄s Iusdi. & Iurisconsultus Paulus in tit. de albo scribendo, de horum municipiorum magistris, hic titulus differit, differit uero quod officium eorū fuerit, nimirū exige re Annōnā, ut L. prima huius tituli astruitur, differit quo tempore, talis magistratus, creari debet, quē hic refert Accursius, prorsus ἀπόστολοι sunt.

## De officio Iudicis Alexandriæ.

Quibus rebus Iudex Alexandriæ implicari possit, hic titulus refert. Nimirū, quod interesse queat adoptionibus, emancipatiōnibus testamentorum in donationum professionibus, deniq; quod & tutorem dare is Iudex ualeat, ut. ff. in L. prima, & ultima eiusdem tituli.

## LIBER II.

### De Edendo.

**E**Dere, est copiam describēdi facere, uel in libello complecti, & dictare, L. prima. §. primo. ff. eodē. Est uero editio actionum, est editio rationum, hoc est, quā do profici

## LORVM CODICIS.

do proferimus rationarium, in quo acceptū  
& expensi conscripta est ratio L. si quis. §.  
rationem. ff. eo. Illa uero est quando in li-  
bello significamus Ius quo quis rem petat.  
Siquidem nomenclatura actionis in libello  
exprimenda non est, ut uno ore interpre-  
tes affirmant, in L. edita actio, eo, tit. Est &  
editio instrumentorum, est editio actorū, de  
quarū rerū editione, totus hic tit, loquitur.

## De in ius uocando.

In hoc titulo differitur libertum uxore  
iuxta parentes ac liberos, & haeredes patro-  
ni sui non posse in Ius uocare, sine Iudicis  
permissu. Tum, quod nec filius emancipa-  
tus aduersus patrem experiri queat sine ue-  
nia, & hoc in L. tertia huius tituli.

## De pactis.

Pactum est cōsensus duorum plurium-  
ue in idē, L. prima ff. eo. Iam in hoc titulo  
differitur, quādo pactū initum, aut firmū  
aut infirmū sit, quando pactū actionem pa-  
riat, quādo actionem nō pariat. Porro, ut  
interim hoc elegātoris literaturę studiosos  
moneam L. petens, eo, tit. præter aliorū in-  
terpretum sententias Andreas Alciatus lib.  
quinto Paradoxorum cap. secundo, egre-  
gic, & ut mihi uidetur, magis apposite, quā

C ij

## EXESES TITV.

ulli alij interpretatur.

### De transactionibus.

Transactio est de re dubia, & lice ancipi, ne cum ad finem ducta, non gratuita pactio, L. transactio, eo. titulo. In hoc titulo agit Imperator quando transactio unius alteri praeiudicet, agit quibus de rebus transactis, agit quid efficiat exceptio transactionis, agit de poena maioris, qui pacta uel transactiones initas rescindit et dissoluit &c.

### De errore Calculi.

Si in Calculo, hoc est, computatione erratum sit, quando praeiudicet, & quando non praeiudicet, hoc uult hic titulus.

### De postulando.

Postulare, est desiderium, uel suum ipsius uel antici sui in Iure apud eum, qui Iurisditioni praefest exponere, uel alicuius desiderio contradicere, L. prima. §. postulare. ff. eo. ti. In praesenti titulo agitur quomodo postulandum sit, & quisnam postulari queat,

### De Aduocatis diuersorum iudiciorum.

Asconius Pedianus, q defendit, inquit, alterum in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est, aut aduocatus, si aut Ius suggerit, aut praefen-

## LORVM CODICIS.

aut præsentiam suam cōmodat amico , aut  
procurator , si negotium suscipit &c . Ha-  
bet igitur titulus de Aduocatis diuerso-  
rum iudiciorum , hoc est , de priuilegijs , mu-  
nere , mercede Aduocatorū , qui in diuer-  
sis iudicijs suis operam suā hominibus na-  
uant . In hoc titulo enim cum primis obser-  
uaL Aduocati , ubi Imperator dignitatem  
iuxta cōmoditatē Aduocatorum egre-  
gie ostendit .

### De Aduocatis diuerso rum Iudicum.

Nō omnino ἀκαρον καὶ ἀπειρόκαλον  
uidetur , quod glossa super hac rubricadicit  
inter hunc titulum , & præcedentem hoc  
discriminis esse , quod in titulo præcedent  
differatur , de priuilegijs Aduocatorū , qui  
adhuc aduocationis munere fungantur ,  
istum uero præsentem titulum , uerba face  
re de priuilegijs Aduocatorū , qui iam mu-  
nus illud abdicauerint . Porro luuenes stu-  
diosi L . petitiones obseruēt , in qua Impa-  
tor serio edicit , ne q̄s prius aduocatiōis mu-  
nus subeat , q̄ per statuta tēpora legum cru-  
ditioni noscatur inhēsse . Statuta uero tem-  
pōra quinq̄ anni sunt , ut in . § . Sed quia so-  
litum in proœmio Pandectarum .

C iiiij

## EXESES TITV.

### De Aduocatis fisci.

In hoc titulo Imperator ostēdit, quæ sint officia, quæ priuilegia Aduocatorum fisci, id est, Aduocatorum rerū fiscalium, id est, propriarum, & priuatarum principis.

### De errore Aduocatorum, uel libellorū, seu preces concipientiū.

Quatenus uel error Aduocatorum, uel eorum, qui libellos partium cōscribūt, noceat, hic Imperator agit, quibus de rebus vide legem ultimam huius tituli.

### Vt quæ desunt Aduocatis partium Iudex suppleat.

Sūma tituli est, iudicem si quiduel a litigatoribus, uel ab ijs, q partib. adsunt, omis sum fuerit, posse, & supplere, & proferre.

### Ex quibus causis infamia irrogetur.

Quid hic titulus in se complectatur, nemini non ex uerbis eius constare poterit. Porro in L. uerbum eo, titulo est uox Græca inserta Sycophanta, quæ quando ab Accursio male intellecta est, a me paucis explicanda uidetur. Plutarchus in commentario de Curiositate scribit, hoc cognominis inde ortū

## LORVM CODICIS.

Inde ortum, quod cum Athenienses legē cauissent, ne quis Athenis ficos exportaret, eos qui obseruatos nonnullos quod si ficos exportassent, detulissent, Sycophātas dictos *παρὰ δοῦκα φάγεσθι*, id est, quod ficos proderet. Eadem in uita Solonis Plutarchus refert. Inde Sycophanta pro quo uis calūniatore, & uiro nullius precij apud Terentium, & Plautum usurpatur. Porro Andreas Alciatus lib. Dispunctionum scūdo, ex antiquis codicibus pro Sycophāta *έσυκοφάντηος*, id est, calumniatus es, legendum admonet.

## De Procuratoribus.

Hic titulus de officio procuratorum iudiciorum, id est, de ijs, qui in iudicio partium causas agendas ex mandato suscipiunt, loquitur, exceptis duabus legibus L. si procurator, & L. si precium, quæ de procuratoribus negotiorum, id est, illis qui aliena negotia mandato domini administrant, L. prima. ff. eo. tractat.

Ne liceat potentioribus patrociniū litigantibus præstare, uel actiones in se transferre.

In hoc titulo Imperator prohibet, ne litigatores accersant patrociniū potentiorū;

C v

## EXEGESSES TITV.

ad terrorem aduersarijs incutiendum causæ iacturam facturi, si hoc fecerint.

De his, qui potentiorum nomine titulos prædijs affigunt, uel eorum nomina in lite prætendunt.

In summa, titulus hæc uult, partim ne quis prædijs, de quibus in iudicio cœptum est, litigari titulos, id est, superscriptiones, insignia potentiorum ad ludificandam partem aduersariam adfigat, facturus aliquando rei, aliquando causæ iacturam, si hoc fecerit. Partim uult Imperator, ne quis de prædijs lite, uel iam mota uel mouenda nomina potentium, ad absterendum aduersarium suum prætendat, sub causæ quāvis iustæ iactura si hoc facere ausus fuerit.

Vt nemo priuatus titulos prædijs suis uel alienis imponat, uel uela regia suspendat.

Nemo priuatus suis prædijs, uel etiā alius sine præceptione iudicis cōpetentis titulum adfiget, scribēdo, hoc prædium est ducis Saxonie, hoc prædium possidetur, uel a me, uel ab alio: nec etiam ad prædia regia uela, id est, uexilla suspendat, utruncq; enim & titulos

## LORVM CODICIS.

& titulos, & uela prædijs suis adfigere, Cæsar is est. Quod si plebeius prædijs alienis, uel titulos, uel uela regia suspenderit, morti destinatur; si miles, si curialis, si clericus existit, proscriptetur, deportabitur.

Vt nemini liceat sine Iudicis authoritate signa imprimere, rebus quas aliis detinet.

Vult Imperator in hoc titulo, ne quis rebus alienis signa imprimat, qibus designet res ab alio detentas, ad se pertinere, & hoc quidem ante litis cōtestationem, & deinde ante latam sententiam, ut infra L. prima, & secunda.

Ne Fiscus, uel Respublica, pro curationem alicui patrocinij cau sa, in lite præstent.

Fiscus, id est, procurator fisci Cæsar is, uel Respublica aliqua nō debet, uel sub prætextu debiti, uel quia sibi dimidia pars rebus, uel actionum donatur, litigantibus aut patrocinium præstare, aut curationem eorum suscipere, ne iniurarum inde pullulet occasio, unde lura pullulant, L. memineat inferius, unde ui.

## EXEGESES TIT V.

### De negotijs gestis.

Hic titulus de actione negotiorum gestorum differit, cui tunc locus est, quando aliquis negotia aliena gessit, citra mandatum eius, cuius negotia sunt, siquidē si quis mandauit gestori, ut negotia sua geratis, mandauit gestori, tenetur mādati. Tum negotiorum gestor obligatur domino, & unicissim dominus ei Institut. de obligat. quę ex quasi contractis. §. primo, infra eo, titulo, L. si mandatum.

### De his, quę uī, metusq; caussa gesta sunt.

Vis est necessitas rei faciundæ præter voluntatem nostram extorta, uel est majoris rei impetus, cui resisti non potest L. secunda. ff. eodem. Metus est uel instantis uel futuri periculi caussa, iusta mentis trepidatio, L. prima. ff. eodem. Iam in isto titulo agitur, quando ea, quę aut uī, aut metu a nobis gesta sunt, aliquid uel nihil prorsus momenti habeat. Tum quando huic actioni locus sit, ostenditur. Porro Imperator in uerbis tituli huius respexit ad uerba editi. Quod uī metusue caussa gestum erit, rāsum non habeo.

Dedolo

## LORVM CODICIS.

### De Dolo malo.

Dolus malus est machinatio fraudulenta, ad alterum circumueniendum instructa, L. prima. §. primo. ff. eodem. Vel, ut Cicero in Topicis finit, dolus malus, est cum aliud agitur, aliud simulatur, de cuius actio ne, quando locum habeat, quandiu dureret, In hoc titulo Imperator disputat. Ad hoc quod nam dolus probari possit, docet.

### De in integrum restituzione.

Restitutio in integrum, est reductio in eum statum, in quo quis prius erat, quam laedebatur. Restitutio enim id reparat, quod laesio abstulit, L. quod si minor. §. restitutio. ff. de minoribus. Porro minores dicuntur qui non dum annum uigesimum quintum excesserunt, de quibus minoribus hic titulus tractat, ostendens quae priuilegia minoribus laesis impertiantur, iuxta quibus remedij, rebus minorum consulatur.

### De Filiofamilias minore.

Hic differitur quo pacto filius familias minor uigintiquinq; annis, si uel pro extra neo, uel patre etiā suo fide iussit in integrū restitui queat, L. prima eodem titulo.

### De Fideiussoribus minorum.

## EXESES TITV.

Summa tituli, est restitucionem in integrum minori concessam fideiussorem minoris non suare, ut qui conueniri debeat. Cæterum, fideiussori copia datur id darini quod accepit, in minore resarcire, L. prima & secunda eo. titulo.

### Si Tutor, uel Curator interuenierit.

Minor, etiam si quid uel Tutore, uel Curatore authore gesserit, si læsus est, uel in uel extra iudicium, in integrum restitui poterit, hic titulus complectitur.

### Si in cōmuni eademq; causa restitutio in integrum postuletur.

Neminem lateat, quod restitutio minoris non optuletur maiori, quo cum minor rem aliquam cōmunem habet, hoc uult titulus hic.

### Si aduersus rem iudicatam.

Sententia lata contra minores tutorū, uel curatorum authoritate, uel lata contra tutores, uel curatores, restitutio datur minoribus.

### Si aduersus uenditionem.

Minori uendēti ea, quæ seruari possunt sine decreto,

## LORVM CODICIS:

sine decreto, ipso Iure, uenditio nulla est,  
& proinde non datur restitutio: at uenden-  
ti cū decreto uēditio nulla quidem nō est,  
sed restitutio datur, si modo se læsum esse  
probarit, L. Lexq; C. de administratione  
tuto. L. siquidem sine decreto, C. de præ  
dñs mino. Porro, in hoc titulo, iuuenis stu-  
diosus Autent, sacramenta obseruet, e qui  
bus iuramenta puber; sponte super contra  
stib; rerum suar; non retractādis facta in-  
violabiliter seruāda disceat, quæ Autentica  
sumpta sunt ex cap. cum contingat, Extra  
de Iure iurando, & ex cap. quamvis, extra  
de pactis libro sexto.

### Si aduersus uenditionē pignorū.

Hic titu. habet, an si res minoris pigno-  
ri opposita & creditore distrahatur, minor  
in integrū restituī queat aduersus creditoris  
uenditionē suæ rei pignoris uice obligatæ.

### Si aduersus donationem.

Nolo lateat iuuenē Iuris Ciuilis studio-  
sum minorem, nec cum decreto, nec citra  
decretum donare posse, C. si maior factus  
remratam habuerit, L. ultima. Proinde in  
integrum restitutio hic loci habet nihil, L.  
in caussæ, ff. de minoribus. En habes tituli  
**Byzantion**

## EXEGESES TITV.

### Sí aduersus libertatem.

Minor, neque manumitteridi, neque uen-  
dendi habet copiam, ut ab alio manumis-  
sione donaretur, nisi apud concilium causa  
cognita, Instit, quibus ex cau. mariu. non  
poss. quod eodem, & ff. de ser. excep. L. si mi-  
nor. Et si minor in sententia libertatis ergo  
data, aut liber esse declaratus sit, restitutio  
locum non habet, aut si libertate donan-  
dum minorem exprimatur, restitutio locū  
habet, ut L. prima, & secunda, & tertia, &  
quarta: hæc ex Azone fere transcripsimus.

### Sí aduersus transactionem, uel diuisionem, Minor restitui uelit.

Minor contra transactionem, uel factū  
eum ipsem experiretur aduersus aliū, uel  
dum alius experiretur, aduersus eum resti-  
tuitur. Et hæc quidem si transactio non eu-  
nida fuit, idem in diuisione statuitur, nam si  
minori est res aliqua cum alio cōmunis, ad  
quam alienādam decreto opus sit, minor,  
socium ad diuisionem prouocare non po-  
test, sed socio maiori prouocare integrum  
relinquitur, L. de prædijs minorum L. in-  
ter omes. Et proinde, ex decreto, causa ne-  
cessaria urgente, diuisio intercludi nequit,  
in qua

## LORVM CODICIS.

In quā si minor circunueniatur, in integrū  
restitutionē petere poterit, hęc t.i. hic habet.

### Si aduersus solutionem a debi- tore, uel a se factam.

Si debitō minoris cupit diluere debita  
minori, & efficere, ne posthac æris alieni  
gratia, ei a minore negocium exhibeat,   
quicquid est debiti, uel Iudicis autoritate  
reluat, uel Iudicis iussu, in ædes deponat,  
nec multum refert, his in rebus interueniat  
tutor, uel non, L. ait prætor. §. primo, ff.  
de mino. Porro, si debitō reluat debita  
uel tutori, uel curatori minoris, uel etiam  
ipſi minori intercedente tutorum iuxta cu-  
ratorum autoritate, uel deniq; adulto, cui  
non est curator, liberatur quidē e Iuris præ  
scripto. Cæterum, minor, causa cognita,  
id est, facta pecuniæ iactura, restituī potest,  
hęc titulus complectitur.

### Si aduersus dotem, restitutio postuletur.

Mulier minor uigintiqua annis, si plu-  
ra quam dignum fuit in dotem promisit, tā  
ipſa, quā hæres eius, in integrū restituitur.

### Si aduersus delictum.

D

## EXEGESES TITV.

Nefugiat iuuenem Iuris Ciuilis cupiditatem minorem doli capacem, in criminibus excusationem praetexere non posse, ut L. prima eo. Id quod uero consentaneum est, si quid animo ad perniciē instructo designauerit, sui imprudentia & incuria, quid factum sit, aduersus delictum restituitur, haec uult titulus hic.

Si aduersus Usucaptionem restitutio postuletur.

Contra minorem nulla præscriptio admittitur, L. finali, in quib. cau. in integrū restitutio non est necessa. Porro, quinam hoc uero accedat, glossa in lege unica huius tituli expedit.

Si aduersus fiscum, restitutio postuletur.

Si minor contraxit cum dispensatore Cæsar, & ei fucus fiat, restituitur non aliter, atq; si cum priuata contraxisset, & de ea restitutio, procurator Cæsaris disceptat. Ceterum, si minor circunueniatur a procuratore fisci, quo cum contractus initus est, in integrum restituitur, & de ea restitutio, procurator Cæsaris una cū Preſide cognoscit.

Si aduersus Creditorem.

Vt in alijs

## LORVM CODICIS:

Vt in alijs contractibus, ita in mutuo quoq; maior læsus restituitur. Et partes qui de minoris sunt probare, uel se læsum esse, uel quod ei datū sit amisisse, L. minoribus. C. de in integrū restitu. mi. L. nā & postea. §. si minor. ff. de lure iuran. Sed hic creditoris munia sunt probare, quod minor e pecunia mutuo accepta, collocupletauerit se. Et discrepat hic titulus a titulo, C. ad Senatusconsultum Macedonianū. Siquidem Senatusconsultum Macedonianū de filiofamilias uerba facit. Hic uero titulus de minoribus generatim differit.

Si minor ab hæreditate se abst inuerit.

Vt in omnibus alijs, ita si minor adiuit, aut hæreditatem minus lucrosam, aut agno uit bonorum possessionem, aut ex Trebeliano recepit hæreditatis restitutionem, in integrū restituitur, præter hæc, hic titulus habet nihil.

Si ut omissam hæreditatē, uel bonorum possessionem, uel quid aliud acquirat.

Hic Imperator differit, quo pacto minor restituitur, si aut hæreditatem non adiuerit

D ij

## EXESES. TIT V.

aut honorū possessionem non agnouerit,  
aut legatū, uel quid aliud simile repudiarit.

**In quibus causis restitutio in integrum, non est necessaria.**

Hic titulus apertior est, quam ut multis  
me explicari debeat. Etenim tractat cau-  
sus in quibus in integrum restitutio, necel-  
laria non est.

**Qui, & aduersus quos in integrum restitutio non postuletur.**

Hic Imperator decernit, & de minori-  
bus, qui in integrum restitui non possunt,  
& de hoc genere hominū, aduersus quos,  
minores restitui nequeunt.

**Si minor se maiorem dixerit,  
uel probatus fuerit.**

In integrum restitutio ei, qui se minor  
esse mentitur, non conceditur.

**Sisæpius in integrum resti-  
tutio postuletur.**

Si restitutio in integrū semel minori ne-  
gata est, minor deinde restitutionis benefi-  
cio, excepta appellationis causa, gaudere  
non potest, nisi forsitan nouis defensionis  
bus, causam

## LORVM CODICIS.

bus causam suam instrui posse dicat, hæc in  
lege prima & secunda.

De his, qui ueniam ætatis  
impetrauerunt.

Vt maior uiginti quinque annis in his quæ  
factis maior gerit, restitui nō potest, ita nec  
minor, qui ætatis ueniā impetrauit, ut ma-  
ioris loco habeatur, in integrum restitui po-  
terit. Porro ueniam ætatis masculus ma-  
ior uiginti annis, fœmina octodecim annis  
imperat. Cæterum Energia impetratæ æta-  
tis uenire ea est, quod simul ac uenia ætatis  
impetrata est, etiā si minus idoneæ res suas  
administrant, in integrum restitui non pos-  
sunt, ne hi qui cum eis cōtrahant principa-  
li authoritate circumscripti esse uideātur, ut  
lege prima. At uero, in alienatione immo-  
bilium rerum sine decreto is qui ueniā æta-  
tis impetrauit, perinde, ac minor habetur.  
L. penultima, eo.

Si maior factus , ratum  
habuerit.

Ea, quæ minor, maior uiginti quinque an-  
nis factus rata habuerit, siue a se, siue tuto-  
re, siue ab utroque gesta sunt , rescindi non  
possunt, & proinde in integrum restitutio-

D ij

## EXEGESES TITV.

locum nō habet, ut lege secunda huius tit.  
**Vbi, & apud quē cognitio re-**  
**stitutionis agitanda sit.**

Iudices ordinarij, iuxta delegati de cau-  
sa restitutionis in integrum cognoscere pos-  
sunt, in L. finali, eo. titulo.

**De reputationibus, quæ fiunt**  
**in iudicio in integrū restitutiōis.**

Id est, de compensationibus, uel, ut Azo  
putat, de restorationibus, quæ fiunt in iu-  
dicio in integrum restitutionis, siquidē mi-  
nor petens auxilium restitutionis, neq; in  
lucro, neq; in dāno, morari debet. Et ideo  
quicquid ei uel ex emptione, uel uenditio-  
ne, uel alio quopiam contractu accesserit,  
restituere debet, ut Lege prima eo. titulo.

**Etiam per Procuratorem, cau-**  
**sam restitutionis in integrum agi**  
**posse.**

Causa restitutionis in integrum etiā per  
procuratorem, nedū per minorē agi pōt.

**In integrum, restitutione po-**  
**stulata ne quid noui fiat.**

Hic Imperator differit, quod si in integrū re-  
stitutionis

## LORVM CODICIS.

stitutio postuletur, omnia sarcita tecta, ut  
dici solet, donec res transigatur manere de-  
beant, idcirco res eius cuius in integrum re-  
stitutio petitur, alienari non debet. Breui-  
ter, nihil fieri oportet quod alteri parti, cau-  
sa nondum transacta, fraudi esse queat.

### De restitutione militum, eo rum, qui Reipub. causa absfuerūt.

Hic titulus differit, quinam uel iij qui mi-  
litiae uacarūt, uel in Reipub. negotijs absfue-  
rint, si laesi sunt, in integrum restitui debeat.

### De uxoribus militum.

Quo pacto, aut militum uxores, aut eo  
rum, qui Reipub. causa absfunt, restituun-  
tur, ostenditur.

### De temporibū in integrū re- stitutionis, tam minorum, & alia- rum personarū quæ restitui pos- sunt, quam etiam heredum eorū.

Olim petendae in integrum restitutioni,  
annus utilis præstitutus erat, idq; ex lute Pā  
declarū in L. prima, ff. de diuersis & tēpo.  
præscrip. Athodie, totum quadriennium,  
continuum restitutioni postulandæ datur,  
L. si. eo. tit. ubi quoq; extat glossa memorā

D iij

## EXEGESES-TIT V.

da, quæ quid annus utilis, quid continuus sit, liquido cōmonstrat. Hoc uero mihi in summa dicere uidetur, tempus continuum dici illud, quod continuo currat, & in quo subducantur tam dies festi, quam operarij, tam dies absentiæ, quā præsentiæ. Et in quē nō habeatur ratio iudicis, ne copiam quis habere, uel non habere potuerit, L. fi. C. de præscrip. longi temp. Tempus uero utile mihi dici uidetur illud, quod utiliter præterfluit, in quo dies festi non subducuntur, & in quo actor, uel suopte Marte, uel per procuratorem agere potest. Deniq; in quo habetur respectus, an quis iudicis copiam habere quieverit.

### Quibus ex causis maiores in integrum restituantur.

Minor uiginti annis nunquā non, si offendio pro eis probetur, restituī debet, ut in Pædictis de minoribus, idq; intra quadriennij continui decursum, L. fi. C. de tempo in integrum restitu. Cæterum, maiores nō semp̄ hoc beneficio restitutiōis fruuntur, sed sunt certæ causæ, quæ in hoc titulo enumerantur, ob quas restitui possunt.

De alienatione

## LORVM CODICIS.

### De alienatione iudicij mutandi di causa facta.

In hoc titulo Imperator differit in integrum restitutionē, uel Ius actionis in faciliū dari in eum, qui alienauit rem causa iudicij mutandi. Et uult, ut is, cui res est alienata, aut rei uendicatione teneatur, aut alia reali actione, cui ipsa possessio ex Iuris præscripto aduersarium parit, L. prima, & ff. codē L. prima. Hæc ex Azone, mutatis nonnullis uerbis transcripsimus,

### De receptis Arbitris.

Arbiter Iudex dicitur, non a lege, sed a litigantibus electus, qui totius rei potestatē habet ab arbitrando, i.e. existimando dictus, Cuius partes sunt, arbitrari non pro eo ac summū Ius dicitat, sed & ceteros exigit. Nam in hoc titulo agitur, an a sententia arbitrorum a litigantibus acceptorum appellari possit, qua pœna adficiendus is, qui coram receptis arbitris, non uadimonium obseruat, quomodo arbitri recipi debeat, & quæ personæ arbitris officio fungi possunt. Porro in Autenticis si quis huius tituli in L. ne in arbitris, deest uox Græca, quam ita reponere, οὐκ αὐταλέγει, id est, non contradico.

D v

## EXEGESES TITV.

Porro, p̄ emologo lege ὁμολογεῖ. i. sp̄ d̄ eo.  
De satisdando.

Imperator hic uerba facit de satisdando  
nibus in iudicio, tam ab actore, quam reo  
præstandis.

## De Formulis & impetratiōibus.

Hoc satis in confessō est, olim quasdam  
in iudicij uiguisse actionum formulas, ad  
quarum præscriptū in iudicij experiundū  
fuerit, adeo, ut qui extra causam petiſſet,  
lege duodecim tabularum causa eaderet, at  
qui a formulis præscriptis recederet, a for-  
mulis excidiſſe uideretur. Ceterum, illa uer-  
borum aucupia constitutione Conſtantia-  
na, cuius in hoc titu. fit mētio, sublata ſunt.  
Proinde & Cicero in oratiōe pro Cecinna  
cum Ebūtius diceret ſe Cecinnam non deie-  
ciſſe fundo, ſed obſtituiſſe ne ingrederetur,  
orat̄ ille pulcherrime & diſertissime pro-  
bat, periculouſum eſſe ab æquitate Iuris rece-  
dere, & uerborum aucupijs iuſſistere, ne nō  
in æquitate defenſionis, ſed in una literaluſ  
latuiſſe uideatur. Et hac gratia, Claudioſ  
Imperator, ut refert Suetonius, ijs,  
qui plus petēdo formulis exci-  
diſſent, actiōes reſtituit.

De Iure iurant.

## LORVM CODICIS.

### De lure iurando propter calumniā dāndo.

Calumniari, est falsa crimina intendere,  
L. prima, §. calumniari, ff. ad Senatus con-  
sultum Turpilianum, inde calūnia dicitur,  
cum quis sciens, falso quempiam in Ius uo-  
cat, unde in litiis exordio, tā ab accusatore,  
quam reo Ius iurandū propter Calūniā,  
scilicet uitandū datur, quando utraq; pars  
iurat, se bona fide & non calumniandi stu-  
dio, & agere & respondere. Capita iuramē  
ū calūniæ, author nescio quis in hos uersi-  
culos rededit,  
Illud iuretur, quod lis sibi iusta uidetur,  
Et si quæreretur, uerum non inficietur,  
Nil promittetur, nec falsa probatio detur,  
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.  
Quos uersus citat glossa in L. secunda. §.  
Sic autem, infra eodem.

## LIBER III.

### De iudicij̄.

Iudicium, ut ab Azone finitur, est legiti-  
mus actus, in quo tres personæ primarie  
intercedunt, iudex, actor, reus. Titulus

## EXEGESES TITV.

uero habet de Iudicijis, & recte quidem. Nā iudiciorum, alia sunt Ciuitia, alia criminaria: de Ciuitibus iudicibus hoc in titulo in primis tractatur: de Criminalibus in L. properandum eo. Πρότερη sit mentio. Et quia cāandidatis Iuris Ciuitis, hic meus desudat la-  
bor, uocem corruptam, & à paucis inter-  
pretibus intellectam, in L. properandum,  
§. Sin autem, eo. & restituā, & explicabo.  
Est uero hermodicium, ubi iuuenes discant  
uadimonium esse sponsonem sistendi in iu-  
dicio, unde uadimonium obire, est ad diem  
se sistere. Vadimoniū deserere est, φύγειν,  
ut Græce dicam, id est, iudicium fugi-  
re. Porro uadimonium desertum ἔρχεται.  
Demosthene non raro dicitur, uno uerbo  
eremodiciū appellatur, corrupte ergo pro-  
eremoditium eremoditiū legitur. Cæteris,  
nec hoc iuuēne studiosum latere uolo, L.  
apertissimi eo. tit. syncerius, quam ab alijs  
interpretibus tractari ab Andrea Alciato,  
libro Paradoxorum secundo, cap. ix.

De sportulis & sumptibus, in  
diuersis iudicijis faciendis & ex-  
cutoribus litium.

Ta. Αἰκαστικά, id est, iudicantium merce-  
des, Latinis

## LORVM CODICIS.

des, Latinis sportulæ iudiciales vocantur, quam uocem copiosissime explicat Alciatus in lib. Dispunctionum tertio, cap. xvij. Hoc in summa, dicit sportulā dici pecunia, quæ cum contestandalis est, & ab actore, & reo contribuitur, deponiturq; ita, ut is, qui a causa cecidit, non luat. Et addit eā pecuniam uel fisco addici, uel iudicibus promercede dari, hæc ille. Porro, ut titulum istum ad plenum intelligas, obserua uaria esse genera iudicū, qui executores, de quibus in hoc titulo fit mentio, dicuntur. Primo omnī iudex ordinarius quilibet executor dicitur, ut cui ius est exequendi propriam sentētiā. Hoc nomine, & is, cui iurisdictio demandatur, executoris nomen irrogare sibi potest, L. fi. §. executor C. ut nemo priuatorum. Deinde apparitores numeri iudicū, de quibus in præsentī titulo mentio multa est, executores appellantur, quorū duos iudicū quilibet habet, & eorum ignauia & perfidiā mulcta impata puniendi autoritatē obtinet, L. omnibus C. eo tit. Ex his opinor, iuuenis sine omni negotio quid titulus ille Codicis complectatur, assequitur.

## De Pedaneis iudicibus.

## EXEGESES TITV;

Pedanei iudices dicuntur, qui negotia humiliora disceptat, L. quædā, eo. ri. quas causas iudices hi cognoscere possint, hic titulus ostendit.

**Qui pro sua iurisdictione, iudices dare, daricꝝ possunt.**

Hic Imperator uerba facit, de illis quibus integrum est, pro sua iurisdictione alios iudices dare, id est, delegare, & q̄ possunt dari, id est, delegari. Et obiter iuuenis obseruet eum solū, qui ordinaria iurisdictione præditus sit, delegandi Ius habere, L. more maiorum. ff. de Iurisdict. om. Iud. quā uis hoc claudicat in delegato principis, qui ut maxime iurisdictionem delegatā habeat, subdelegandi tamen copiam obtinet, L. a Iudice, C. de Iudicib. Præterea iudex ordinarius habet potestatem delegandi eū, qui de sua iurisdictione existat, &c.

**Ne quis in sua causa iudicet, uel Ius sibi dicat.**

Hic titulus ex suis ipsius uerbis apertior est, quam ut explicandus à me sit.

**Qui legitimam personā standi in iudicij s habeant, uel non.**

In hoc

## LORVM CODICIS.

In hoc titulo differit quinā in iudicio,  
& agere, & conueniri possint, & qui non  
possint. Sic pupillus cum auctoritate tuto-  
ris, & adultus cum curatoris consensu, re-  
tie tam agere, quam conueniri poterit. At  
minores uiginti quinq; annis, per se nec a-  
gere, nec conueniri ualent, proinde senten-  
tia contra eos lata nullius momenti est, L.  
pri. eo. tit. quod si pro eis feratur sententia  
non rescinditur, L. ulti. C. si aduer. rē ludi,

## Vt nemo inuitus agere uel accusare cogatur.

Hunc titulum multis explicare nō opus  
est, cum ex eius uerbis quid uelit, satis intell  
igi queat.

## De ordine Iudiciorum.

Hic Imperator ostendit, quo ordine iu-  
dicia, id est, actiones, & quæstiones, & in-  
stitui, & sententijs diffinitiuis transigi debe-  
ant, quæ ex legibus huius tituli iuuensis co-  
gnoscet sine omni negotio.

## De litis contestatione.

Lis contestata putatur, quando Iudex  
petitione p eo ac decet in lute proposita,  
& responsione audita, causam cognoscere  
inceperit, L. prima huius tituli.

## EXEGES TITV

### De plus petitionibus.

Hic Imperator agit de poena qua adficiendi sunt ij, qui plus causa, re, loco, tempore petant.

### De dilationibus.

In hoc titulo Imperator uerba facit de dilationibns iudiciarjs, quando hæc, quibus quoties, quam magnæ, & quo pacto, & quas ob res impertiendæ sint.

### De Ferijs ..

Hic titulus uarias ferias recēset, ferias solennes, repētinas, messis, & illis iustitia esse debere, nisi Reipub. necessitas aliter suadet, ostendit. Porro, in ferijs maxime solennibus, alitibus quiescendū esse, & iudicari silere debere, etiā Poeta Fast.i. cōmonstrat.

Nec tamen ignores uariorū Iura dierum,

Non habet officium Lucifer oīs idem.  
Prospalux oritur, linguis animisq; fauete,

Nūc dicēda bono sunt bona uerba dic.  
Lite uacent aures, insanaq; p̄tinus absint,

Iurgia, differ opus liuida turba tuum.

Et quando hæc tyronibus Iuris Civilis nō ueteranis scribimus, obiter explicare in animo est, quales sint Isauri, quorum in L. prouinciarum eo.tit. sit mentio. In Strabonis lib. xij. reperio Isauros Lycaonibus,

Pamphilijs

## LORVM CODICIS.

Pamphilijs & Gallogræcis finitimos, latro  
cinijs insignes fuisse, hinc opinor Imperato-  
res, Hono. & Theodo. in L. illa præcepis-  
se, ut nec uenerabiliū feriarū paschatis habi-  
ta ratiōe, in Iſauros quæſtiones exerceātur.

### De Iurisdictione omniū iudi- cum, & de foro competenti.

De Iurisdictione, id est, potestate, quæ  
congruit omnibus iudicibus, & de foro cō-  
petenti, id est, de loco ubi quis uadimoniū  
obire & ſiftere ſe iudicio debeat. Nam acto  
ri forum rei, & non reo forum actoris ſe-  
quendum eſſe dicitur, hoc eſt, æquum eſſe  
ut accusator ibi potius reū accuſet, ubi reus  
cōueniri poſſit, quam coram iudice, de cu-  
iſ foro accusator ſit.

### Quando Imperator inter pu- pilos & uíduas, uel miserabiles personas cognoscat, & ut inuiti, ne exhibeantur.

Quamuis in Jure Ciuilī hoc decantatiſ-  
ſimum eſt, ne quis iudicem ordinarium re-  
cuſet, ut eſt etiā memoriæ proditum in C.  
ſi quis contra Clericum, de foro compe. &  
in C. cum ſpeciali, de appella. In hoc tamē

E

## EXEGESES TITV.

titulo pupillis & uiduis, cum alijs personis miserabilibus, copia sit, ut si quando alicuius potenteris aduersarij potentium perhorrescāt, possint a principe postulare quo causa eorum a principe tantum cognoscatur, nec illis inuitis ab alio iudice disceptetur.

### Vbi de criminibus agi oportet.

Causa criminalis tractatur, uel in loco, quo crimen cōmissum est, uel causa cōptra est agi, uel ubi is, qui crimen designauit, domicilium obtinet.

### Vbi de possessione agi oportet.

Vbi quis de sua possessione deturbatus est, ibi agere aduersus deturbatorem debet.

### Vbi Fideicommissum peti oportet.

Quid Fideicommissum sit, docet Imperator in §. pri. Instit. de fideicommiss. hæredi. In hoc titulo Codicis differitur Fideicommissum petendum corā iudice loci illius, ubi hæreditas relicta est, §. infra eo. L. unica.

### Vbi conueniatur, qui certo loco dare promisit.

Qui certo loco se alicui satisfacturum recepit, si non receptio steterit, arbitraria actio ne, & alio

## LORVM CODICIS:

ne & alio loco in Ius vocari poterit. Porro arbitaria actio dicitur ut id ~~magis~~ expli-  
cē, quando solus iudex ex suo arbitrio da-  
num estimet utriuscq; si alibi soluatur, Instit.  
de actionibus, §. præterea.

Vbi in rem actio exerceri  
debeat.

Ibi actio in rem, id est, rei uendicatio in-  
tendenda est, ubi res quæ uendicatur, sita  
est, hoc uult titulus ille.

Vbi de hæreditate agitur, uel  
ubi hæredes scripti in possessionē  
mitti postulare debent.

Non alio loco de hæreditate agendum  
est, quam quo hæritas sita est, id est, corā  
iudice huius loci, in quo hæritas reposi-  
ta existit. Ad hoc scriptus hæres, authōritā-  
te, & Iure Iudicis illius in possessionem mit-  
etur, sub cuius iurisdictione res hæredita-  
ria est, infra eo. L. unica.

Vbi de ratiocinijs tā publicis,  
quam priuatīs, agi oportet.

Nō alias de negotio uel priuato, uel pu-  
blico, ratio reddi debet, quam ubi negotiū  
gestum est, infra eo, per totum.

E ii

## EXESES TIT V

Vbi causa status agi debeat.

Vt in cœteris causis, ita & in causa status actor forum rei sequatur, oportet, ut infra eo. L. tertia, & quarta. Sed hoc iuuenem studiosum latere nolo, quod is, qui est in libertatis possessione rei locum obuneat. Alter uero, qui eū seruum esse prædicat, actis munere fungatur, si quis plura requirat, ex Azone petat.

Vbi quis de Curiali uel cohortali, aliaue cōditione cōueniatur.

Curia apud Romanos non solum is locus erat, in quem Senatores ut Reipub. cōsulerent, conueniebant, sed & ubi Sacra cura agebatur. Tū sacerdotes in sua quisq; curia, & sacra facere, & ferias obseruare solebant, ut Varro author est. Nostro seculo curiam Pontificis iuxta Cæsaris curiam dicimus. Olim quælibet ciuitas, qdlibet municipiū, suas curias habebat, quæ, ut ego opinor, a decurijs Romanorum sumebantur. Iam in præsenti titulo agitur de hominibus Curialis conditionis, id est, de his, qui curiae officijs obstricti sunt. Porro, cohortales mihi dici uidetur, qui in domestica militia alicuius cohortis essent, quibus non licuit ad aliam transfire militiam sine annotatione clemē

## L'ORVM CODICIS.

tione clementiae principalis. Vbi uero tam Curiales, quam Cohortales homines conueniri possunt, hic titulus tractat.

**Vbi Senatores uel clarissimi, ciui liter uel criminaliter conueniatur.**

Recensent Iurisconsulti quatuor dignitum species, adeo ut quidam sint illustres, quidam superillustres, quidam spectabiles, quidam clarissimi. Patricios & Senatores, superillustres uocant. Consules, Praefectos pretorio, illustres. Praefectū urbis, pretore, Proconsulem, spectabiles, Præsidem provinciæ, clarissimum: hæc propriea retuli, ut intelligeret Iuuentus, quidnam Imperator uelit cum uoce, uel clarissimi. Porro, ubi tam Senatores, quam clarissimi, id est, prouinciarum Præsides, uel ciuiliter, uel criminaliter conueniri debeant, explicat liquido lex ultima huius tituli,

**In quibus causis militantes foro præscriptione uti nō possunt.**

Omnes, qui militia nomē dederūt, cuius cunctæ sint dignitatis, super publicis uel debitis, uel functionibus, nisi forte cōmeatū, id est, ueniam abeundi in annum unum ad rem propriā cōponendam se accepisse ostē

E iij .

## EXEGESES TITV.

derint apud Præsides prouinciarum, & cōueniuntur, & exigantur, nec fori præscriptione uti possunt, id est, præiudicatione iudicij cuiusdā, coram quo solum, & non in alio in Ius uocari queant.

**V**bi causæ fiscales, uel diuinæ domus, hominumq; eius agātur.

Fiscus aliquando ponitur pro facco, in quo pecuniae publicæ reponūtur, unde fiscum aliquādo pro ærario, maxime tamē Imperatoris accepimus, a quo Fiscalis. Hinc in hoc titulo Imperator disputat, quo loco causæ fiscales.i. causæ ærarij Cæsaris, uel diuinæ domus, hoc est, patrimonij Imperatoris, & hominum eius agitari debeant.

**Q**uando liceat unicuiq; sine iudice se vindicare, & ob publicam ultionem resistere.

In hoc titulo Imperator aliqt causas in quibus quilibet citra iudicis autoritatē se vindicare & ulcisci possit refert, in L. pri. &c. n.

**D**e inofficio testamento.

Quando locus sit querelæ de inofficio testamento, & qui eā intentare possint, hic titulus docet. Est uero querela in officio si testar

## LORVM CODICIS.

**S**i testamēti, qualibet, cōtra parentes agūt ut qui eos uel sine iusta causa, uel iusta, sed non probata exheredarint, §. primo, Instit. eo. tit. Dictum testamentum inofficium, quod non ex officio pietatis parentum factum sit, §. primo, Instit. eo.

## De inofficiosis donationibus.

**I**nofficiosa donatio est, quæ non ex pietatis officio est facta, per quā uel liberi, uel parentes bonis sibi debitiss, aut ex propenso donantiss, aut re ipsa fraudātur. Porro Imperator in hoc titulo tractat quando, quibus personis hæc querela congruat: dicit uero eam querelam congruere, siue testator facto testamento, siue non facto testamento, morte obeat, infra eo. L. precibus. Tum asserit istam querelam non secus atq; querelam de inofficio testamento, tā ascēdētibus, quam descendantibus integrām concedi, infra eo. L. si filius.

## De inofficiosis dotibus.

**V**bi mater omnia bona in fraudem filiorum, uel pro se, uel pro filia in dote exhauserit, filij iusta querela contra matrem in iudicio experiri possunt, ut infra. eo. L. unica

## Depetitione hæreditatis.

E iiiij

## EXEGESES TITV.

In hoc titulo Imperator agit, quo p<sup>a</sup>c<sup>t</sup>o  
actio petitionis hæreditatis & intentari, &c  
quibus intentari debeat.

### De Rei uendicatione.

Rei uendicatio, est actio, quæ congruit  
alicui, uel ratione dominh, uel quasi, uel ra  
tione possessionis, uel quasi, ita enim Iuris  
consulti loquuntur, hæc actio, quomodo  
est instituenda, & a quibus, & cōtra quos  
hoc in titulo Imperator differit.

### De usufructu, & habitatione, & ministerio seruorum.

Quid in hoc titulo tradatur, etiā ex uer  
bis eius facile colligi potest. Porro, qd usu  
fructus sit, uide §. primo, Instit. eo. quid itē  
habitatio sit, uide §. sed si cui, Instit. de usu  
& hab.

### De seruitutib. & aqua ducēda.

Seruitutes in Iure Ciuali dicuntur Iur<sup>a</sup>  
prædiorū urbanorum & rusticorū. §. quæ  
dam, Instit. de rebus corpora. & incorpo.  
Cæterū, aquæductus est Ius aquæ ducēdæ  
per fundum alienum, §. rusticorum, Instit.  
de serui, rusti, prædior<sup>z</sup>. Iam Imperator in  
hoc titulo confuse tradit iam de Iure rusticō  
rum prædiorū, iam de Iure urbanor<sup>z</sup>, maxi  
me tamē

## LORVM CODICIS.

Metamē deseruitute siue Iure aqueductus,  
infra eodē in multis Legibus.

### De Lege Aquilia.

In hoc titulo agitur quando locus sit a  
ctioni ex Lege Aquilia. Cæterum, dāni in  
iuriæ factio constituitur per Legem Aqui  
liæ, §. primo, Instit. eo, ueluti si quis aut ser  
uum meū occidit, uel seruum meum uulne  
ribus adfecit, hac Lege Aquilia, mihi do  
mino tenetur. Porro, Lex Aquilia dicitur  
ab Aquilio Tribuno plebis, qui eam tulit,  
de quo etiam scribit subinde Cicero, cum  
alias, tum libro secundo de natura Deorū.

### Familiaē herciscundæ.

Familia præter alia hæreditatem, uel res  
hæreditarias significat, L. pronunciatio, §.  
primo. ff. de uerbo. signifi. At herciscare,  
uerbum uetus est, & diuidere sonat, unde  
& actio familiaē herciscundæ. i. diuidundæ  
hæreditatis, quæ congruit hæredibus, qui  
bus siue ex testamento, siue ex intestato ob  
tingit hæreditas, L. secunda, ff. eodem.

### Communia diuidendo.

Hæc actio locum habet inter alios, qui  
quid possident, cōmune, uel, ut Iurisconsul  
ti dicere solent, pro indiuiso, L. per hoc iu

## EXEGESES TITV.

dicum, ff. eodem. Nec refert, quā ex causa dominium fluat, L. iij. ff. eo. Nam, esto, ex hæreditaria causa, dominium manet, tamē pro rebus etiā singularibus cōmunib⁹ & hæreditarijs agendi cōmuni diuidundo da tur facultas. Porro, hac actione, hoc peti tur, ut res pro individuali habitā, partiatur, & cuiq; sua pars attribuatur.

Cōmunia utriusq; iudicij, tam familię herciscundæ, quam com muni diuidundo.

Quid hic titulus in se complectatur, ex uerbis eius nemo nō facile colligere poterit

**Finium regundorum.**

Fines regere, est distinguere, &, ut Cicerō in Topicis inquit, fines agrorum magis sunt, quam urbis, inde est actio finium regundorum, quæ producitur gratia separandī fines in rusticis prædijs.

**De consortibus eiusdem litis.**

Consortes eiusdem litis appellātur, qui bus aliqua lis cōmunis est, in quib. consor tibus litis, olim hoc constitutum erat, ut si unus ex eis conueniretur, exceptionē obij ciendi copiam haberet, ne absq; suo cōsor te cōueniretur. Athodie explosa omni ex ceptionis

## LORVM CODICIS.

ceptionis ope tam agere, quam cōueniri,  
nullus nō sociorum, quod ad se attinet, po-  
test. Cæterum, uel pro socio, uel pro socijs  
lite iam contestata contra omnes, etiā absque  
mandato, si modo caueat de rato agendi fa-  
cultatē habet, L. prima & secunda, eo.tit.

## De Noxalibus actionibus.

Noxa pœnam aliquando significat, un-  
de noxe tradere, est pœnæ tradere, inde no-  
xalis actio dicta est. Nam, ut Iurisconsultus  
inquit, L. prima. ff. eo. noxales actiones ap-  
pellantur, quæ non ex contractu, sed ex no-  
xa, atque maleficio seruorum aduersus nos  
instituuntur, quarum actionum uis & po-  
testas est, ut si damnati fuerimus, liceat no-  
bis deditio corporis quod deliquit, evita-  
re litis æstimationem, dando scilicet corpus  
uiuum.

## Ad exhibendum.

Exhibere, est facere in publico potesta-  
tem, ut ei qui agit experiūdi sit copia, L. iij.  
ff. eodem. Inde actio ad exhibendum est quæ  
do ago, ut res aliqua in publicum exhibe-  
tur, & promatur, utsi ego assero te uestem  
meam possidere, hac in specie mihi integrū  
est, te cogere actione ad exhibendum, quo-  
tu uestem in publicum efferas, ut & ego, &c

## EXEGESES TITV.

alij eam cōtemplentur, ueste uero in publicum elata, mihi copia datur petendi ueste rei uendicatione, & Iudice contendere possum, quo uestis dominium mihi adiudicetur, & tu qui ueste possides, eā restituere cogaris, id quod cum instrumentis, & alijs rebus in iudicio fieri potest.

## De Religiosis, & sumptibus funerū, & aleæ lusu, & aleatoribus.

Hic imperator agit primo omnium, de interdicto, demortuo inferendo. Nam locus religiosus est, in quo alius sepultus est, etiam si seruus existat, L. secunda. ff. eodem Deinde de actione funeraria, quæ datur sumptibus in funus alicuius factis. Postremo, de actione repetendi rem quam in ludo aleæ amisit. Porro alea dicitur omnis ludus magna ex parte, ex fortuna p̄pendens,

unde Martialis de nucibus inquit,

Alea parua nuces & non dānoſa uidetur,

Sæpe tamen pueris, abstulit illa nates.

Cæterū, proprie de tesseris dicitur, sunt autē tesseræ, q̄bus in frītillis. i. alueolis luditur. Porro, uoces quasdā ludos significantes in cōstitutiōe Iustiniani de alea prohibita, § Epiſcopis, a nemine alio, quod ego sciā, expliq̄as, explicat Alciatus lib. prætermissorū. i. fo. cap. lxxxiiij.

Lib. iiiij.

LORVM CODICIS.

LIBER III.

Derebus creditis, & iure  
iurando.

In hoc titulo Imperator agit, quo pacto  
creditores & experiri, aduersus credito-  
res, & æs alienū uendicare queāt. Tum,  
quomodo deficiente alia probationū ma-  
terie, ad Iuslurandum, ueluti ad sacram an-  
choram, ut Græci dicunt, confugiatur, de-  
nigè de iuramenti inter actorem et reū ulro  
ciroq; relatione &c.

Si certum petatur.

Certum in hoc titulo mutuum est, quod  
peri, id est, repeti dicitur, cū à debitore mu-  
tuum repetimus, pro quo nobis datur cō-  
ditio, i. repetitio certi, hoc est mutui.

De Suffragio.

Hic Imperator tractat de mercede, quæ  
suffragij nomine, i. auxiliij, quod q̄s in cau-  
sa alicui præstigit, petitur, quādo, & quo lu-  
re pati queat, L. unica, infra eo.

De prohibita sequestratione  
pecuniæ.

## EXEGESES TITV.

Sequester is dicitur, apud quem plures  
eam rem, de qua cōtrouersia est, deponunt,  
L. sequester. ff. de uerb. signifi. Inde seq̄  
stratio, id est sepositio pecuniae. Iam in hoc  
titulo phibetur, ne debitor ex quolibet cō  
tractu cōuentus cogatur, ut faciat pecuniae  
sequestrationem, oportet enim, inquit Im  
perator, debitorē primo cōuinci, & sic dei  
de ad solutionē pulsari, L. unica, infra eo.

### De conditione indebiti.

Hic Imperator agit quando detur ei, qui  
solent alicui hoc quod non debet, actio cō  
ditionis indebiti, & repetendi indebitum.  
Et ferme summa est, quod qui errore du  
ctus, id quod non debuit alicui soluit, con  
dicere, & repetere possit: qui uero sciēs, &  
prudens indebitū luit, ab hac actione ex  
cludatur, L. indebitum, infra eo. titu. Et in  
regula cuius per errorem, ff. de reg. Iuris.

### De cōditione ob causam datorū.

Actio conditionis ob causam datorum  
est, quando quis cōdicit & repetit id quod  
alicui dedit causae honestae, ergo & causa  
nō euenit. Verbi gratia: Numeraui tibi cē  
tum florinos, ut filium meum ad humanis  
tatem informares. At tu, id facere postha  
buisti, proinde ego illos cētum aureos be  
neficio

## LORVM CODICIS:

Neficio huius actionis tibi datos, condicere possum, L. prima & secunda, ff. eo. Nec latere uolo iuuenes quatuor esse cōtradic̄tū in nomines, do, ut des, do, ut facias, facio ut des, facio ut facias, de q̄bus in L. Iurisgen-  
tiū, §. primo. ff. de pactis, & in L. naturalis,  
ff. de pr̄scriptio.

### De conditione ob turpem causam.

Hæc conditio siue repetitio, locum obtinet quādo aliquid alicui impertitur ob causam turpem.

### De conditione furtiva.

Hæc conditio et soli domino, & hæredi eius in furem iuxta eius hæredem datur, L. prima. ff. eo. Et hac actione, rem tantā subtractā persequimur, siue ea apud furē, siue apud aliū sit. Porro, actiōe furti, ut es interim hoc moneā, pœnam p̄sequimur.

### De conditione ex Lege, sine causa, uel iniusta causa.

Hæc conditio ex lege locum uendicat, quādo ex noua lege obligatio orta est, nec ulla lege cauetur, qua nam actione quis experiri debeat. Verbi gratia, de mercede dā.

## EXEGESIS TIT V

da aduocatis, qui operā alicui in causis præstant. Agitur cōditione ex L. prima, C. de suffragio, sic & in Iure Canonico non raro ex hoc, uel alio canone agimus.

## De Actionibus & obligatiōnibus.

In hoc titulo disseritur primo omnium, quādo actio directa, quādo utilis alicui datur, ubi iuuenes paucis admonuisse uolo, directam actionē esse, quæ ex apertis Legi uerbis, iuxta uolūtatem Legū datur. Utilem uero actionem dici, quæ ex interpretatione Legum promatur, exempla harum actiōnum, require in Instit. sub tit. delegit, patronorum tutela. Deinde in hoc titulo & de obligationibus tractatur, nimirum, quō modo unus alij obligetur, uerbi gratia, Eu qui mutuetur obligari mutuanti, non eum ad quē propter merces pecunia delata sit, L. eum cui, infra eo.

## Vt actiones ab hærede, & contra hæredem incipiānt.

Olim de eo, quod sibi promissum erat, ab obitu eius, qui promiserat, agendi copiam contra hæredes non habebat, uerbi gratia: Stipulatus sum abs te, ut mihi floni nos des

## LORVM CODICIS.

nos des decem, & morte, nec tu, nec hæres des, ut facerent satis, cogi poterant, §. post mortem, Instit. de inutilibus stipula. At no uo lure, & ab herede actiones incipiunt, & hæredibus intenduntur. Proinde in specie prædicta, hæres tuus, decem illos florinos quos, ut tu mihi dares stipulatus sum, dare cogitur, infra eo. L. unica.

Ne uxor pro marito, uel maritus pro uxore, mater pro filio conueniatur.

Quid sibi hic titulus uelit, uerba eius argumentantur. Verum enim est maritū pro uxore conueniri non posse, nisi uel pro ea re promiserit, uel ei suffectus sit, uero q̄q̄ consentaneum est, nec uxorem pro marito conueniri posse, adeo, ut si etiam pro eo quod quidem in rem suam cedat, intercessit, dica ei scribi non queat, L. prima, §. ultimo, ff. ad Velleia, & L. iij. infra eo. Idē est in matre, & filio, quare uera est regula Iuris Civilis, Ex alterius contractu neminē obligari, L. penul. infra eo. Secus uero est de lure prætorio, quo aliquis ex contractu institutoris magistri nauium, serui, filij, procuratoris conuenitur, C. de peculio per totū. Et ff. & C. de Instit. & exercitoria.

F

## EXEGESSES TITV

Ne filius pro patre , uel pater  
pro filio emancipato, uel libertus  
pro patrono , uel seruus pro do-  
mino conueniatur.

Hic titulus clarior est, quam ut a me ullis  
uerbis illustrari debeat. Est uero memora-  
bile filium pro patre conueniri non posse,  
nisi forsitan uel pro eo intercessit, uel ei sur-  
rogatus existat. Et hoc locū habet tā in filio  
emācipato, q̄ adhuc sub patria potestate de-  
gente, L. in. §. non eo. alias ff. de minorib.

An seruus ex suo facto , post  
manumissionem teneatur .

In hoc titulo Imperator hoc tractat, an  
seruus quondā nunc manumissus, & liber  
conueniri possit, ex eo, quod seruus gesell.  
Et solet fere dici quod nō eo nomine, quod  
alius atq; olim erat, homo factus sit, in L.  
qui res, §. areā. ff. de solutionibus , claudit  
cat tamen in aliquot speciebus & casibus,  
quos doctores hic referre solent.

Quādo Fiscus , uel priuatus de-  
bitoris sui debitores exigere pos-  
sit, uel debeat.

Imperator

## LORVM CODICIS.

Imperator, hic tractat quando Fiscus. i.  
procurator rerum imperialium, uel etiam pri-  
uatus debitorē sui debitoris exigere possit.  
Exempli gratia: Fisco est debitor Aristogiti,  
& Aristogiton est quoque debitor Ver-  
res scilicet, iam in quæstionem uenit, an fi-  
sco sit copia exigere debitorem sui debito-  
ris. i. Verrem, uide de hac re in hoc titulo.

## De hæreditarijs actionibus.

Actiones hæreditariæ uocantur, quæ  
ad hæredes uel contra hæredes propagan-  
tur, & intentantur. Item, quæ ab hæredi-  
bus, uel contra hæredes initium sumunt, L.  
hæreditariarum actionum, ff. de actionib.  
& obligationibus. De his actionibus, uide  
hunc titulum.

## Ex delictis defunctorū, in quā tum hæredes conueniātur.

Summa tituli est, si lis cum defuncto de-  
lictii alicuius nomine cōtestata est, non, qui de-  
functo succedit, in hac specie & tenentur,  
& conueniuntur, & quidē in solidū. Si lis  
cum defuncto contestata non est, hæredes  
eius non quidem in solidū, sed in quantum  
ex re & defuncto surrepta acceperunt, obli-  
gantur, infra eo. L. unicæ, & Inst. de perpe-

F n

## EXESES TITV

tuis, & tempora. actio, §. non omnis. Se-  
cūs est de Iure Canonico, quo hæredes  
defuncti, non habito ullius respectu delicit  
ergo a defuncto cōmissi, satis facere cogun-  
tur, ut est in C. fi. Extra. de sepulturis.

### De constituta pecunia.

Constituere pecuniam, est id quod al-  
ter debet, se solitum alicui recipere. Ex-  
pli gratia: Si recipio tibi Petro me tibi illos  
centum aureos, quos Ioannes debet, relui-  
turum esse, iam constituo pecuniam. Cæte-  
rum, illa actio datur in quoscunq; qui uel  
pro se, uel pro alio se soluturos constitue-  
runt, ita tamen, ne ulla stipulatio admisca-  
tur, qua admixta, is, qui stipulanti promis-  
serit Iure Ciiali tenetur, §. pecunia constitua-  
ta iusta de actionibus.

### De probationibus.

Quomodo & actor & reus ea quæ pro-  
ponit, probare debeat. Et, ut dominia re-  
rum, ut criminā capitalia probabilia reddi  
possint, in hoc titu. aliquot Legib. traditur.

### De testibus.

Hic Imperator agit, a quibus testes pro-  
ducī debeant, & qui nā produci testes pos-  
sint, & qua nam ratione testibus utendum  
sit, &

## LORVM CODICIS.

sit, & quæ a testibus pductis obseruari debant, quod illorum sit munus, quid testimonia in iudicij producta ualeat, & si quæ alia sunt.

Defide instrumentorum, & amissionis eorum, & de Apochijs, & Antipochijs faciendis, & de his quæ sine scriptura fieri possunt.

Quantum fidei instrumentis, id est, publicis scripturis adhibendum sit, & an eorum amissio, alicui officiat, disseritur. Tum de Apochis, quas creditor debitori reddit, & Antipochis, quas debitor creditor conscribit, agitur. Sed agite, ut iuuenes uocabula hæc Græca intelligat, nolo eos latere Apocham chirographum significare, & cōfessionem, quam debitor, qui fidem suam de receiptis exoluit, à creditore accipit. Et Antipocham significare, quam debitor creditor facit in præstationibus annuis oppido necessariam propter præscriptionem, ut in L. plures, infra eo, & in Glo, L. eiusdem, Deniq; in hoc titulo disseritur de his, quæ sine scriptura fieri possint. Et sane regulariter, nullus non contractus citra scripturam fieri potest, L. pacium quod bona fide, C.

F iii

## EXESES TITV

de pactis. Hic excipiuntur species, quæ sine scriptura constitui non queant, de quibus, extat glossa in C. primo, extra de cœlibus, libro sexto.

Plus ualeat quod agitur, quam quod simulate concipitur.

Summa tituli est, plus ualere, & in contractibus, & alijs rebus ueritatem, quam simulationem. Exempli gratia. Si Petrum aliqua re donauit, & deinde in scripturā relatum est, me etiam rem ei uendidisse, uenditio, ut quæ simulata est, nullius momenti existit. Donatio enim palmam obtinet, exēpla alia in Legibus huius tituli comperies,

### De Commodato.

Commodatum est, alicuius rel, quæ in usum certum uertitur gratuita facta concessio, inde cōmodatarius, cui aliqua res comodato datur. Discrepat autem cōmodatum & mutuo, nam in cōmodato eandē speciem, quam accepimus, reddimus. In mutuo uero, non eandem speciem recipimus, in L. mutuum, ff. de reb. credi. In hoc ergo titulo, inter cætera agitur, de quo dāno rei cōmodatæ illato, cōmodatarius respondeatur, & quod creditor prætextu debiti, rem sibi

## LORVM CO DICIS.

rem sibi commodatam apud se retinere nō  
queat. Vide L. si. eo. titulo.

### De pignoratitia actione.

Actione pignoratitia locum sibi uendicat,  
ubi creditor pecuniam pro re oppignora-  
ta datam & debitore recepit. Verbi gratia.  
Petrus mutuauit Ioāni uiginti aureos, pro  
quibus Ioannes Petro uestem quandam pi-  
gnori dedit, ubi uiginti aurei Petro redditū  
sunt, ipse, Ioāni uestem restituere cogitur,  
& tenetur ei pignoratitia actione, Insitu.  
quib. mod. re. contrah. obligatio, §. credi-  
tor. Porro, in præsentii titulo dissentiunt, iam  
de directa actione, quam contraria pigno-  
ratitia. Directa quidem habet locum, ubi,  
uel totum æs alienum dissolutum est, uel  
alio modo, creditori satisfactum, L. si rem,  
§. omnis, ff. eo. Datur hæc actio & ei, qui  
pignus, aut suum, aut alienum obligauit,  
& hoc domino uel uolente, uel ratum ha-  
bente, L. aliena res, ff. eo. Quamuis non  
desunt qui astruant in quod etiam si res alie-  
na, in uito domino, nomine tamē meo obli-  
getur, huic actioni locum esse, L. si rem, §.  
si is quoq; ff. eo. Cæterum, pignoratitia  
contraria datur creditori, cōtra creditore  
luxta hæredē eius, idq; multæ loco. Si em

## EXEGESSES TIT V.

creditori quoquo modo fucus factus sit debitore, contraria pignoraticia creditor conceditur, L. tutor, ff. eo.

### De Institoria, & exercitoria actione.

Institoria actio locum habet, quādo aut tabernæ, aut alijs negotiatori seruū proponēs, quicqđ cum eo seruo eius rei gratia, cui præfectus est, cōtraxerit, in ea specie do minus serui institoris tenetur, L. prima. ff. eo. Porro, institor appellatus est ex eo, qđ negotio gerendo instet, nec multum facit, tabernæ sit præpositus, an cuilibet alijs nego ciationi, L. institor, ff. eo. Porro, exercitoria actio locū habet, cum quis seruū suum magistrum nauis præfecit, quiçquid cū eo seruo eius rei, ergo cui præfectus est, contractū fuerit, ea specie dominus serui exercitoria obstringitur. At uero exercitorem dicimus eum, ad quem obuētionis & redditus om̄es proueniūt, siue is dominus nauis sit, siue a domino nauem conduxit, L. prima, §. exercitorē, ff. eo.

Quod cum

## LORVM CODICIS,

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, gestū esse negotiū dicitur, uel de peculio, siue quod iusu, aut de in rem uerso.

Hic Imperator agit de ea re, quæ cum eo qui alienæ potestati obnoxius est, geritur. Nimirum, cum seruo, cū filiofamilias, & ea specie congruit, uel actio quod iusu, aut actio institoria, aut exercitoria, de quibus in titulo præcedenti dictum est. Aut actio de peculio, aut de in rem uerso. Peculium propriæ significat rem, quæ non in numerata pecunia consistit, sed uel in solo, uel pecoribus, uel in supellestile nostro labore, & industria parta, & à nobis lucrifacta. Aliquando pro paruo patrimonio ut Vlpianus scribit, ponitur, inde est actio de peculio, quæ datur contrahentibus cū seruo, cum filiofamilias, & uel patre uel domino uolente, uel etiā matre, L. si quis, §. ulti. ff. de peculio. Datur & hæc actio quasi contrahentibus cū seruo, ut si quis uel eius negotia gerat, uel ipse alterius negotia gerat, L. si pupilli, §. sed si ego, ff. de nego. gestis. Cæterum, actio in rem uerso dicitur, si quis nostræ potestati subditus, contraxit, &c.

## EXEGESES TITV.

res illa, si in rem nostram est uersa, in nos, primo omniū experiundi copia datur. Verbi gratia. Filius familias uiginti aureos mutuo accepit, qui in rem patris uersi sunt, pater pro illis uiginti aureis conueniri potest, s. in rem autem uerso, Instit. Quod cum eo qui in alie. potest. est, &c.

### Per quas personas, nobis acquiritur.

Hic Imperator differit, per quas personas nobis dominiū usus, ususfructus possessio rei acquiratur.

### Ad Senatusconsultum Macedonianum.

Hoc Senatusconsultum interdicit, ne q<sup>u</sup>b filiofamilias pecuniam det mutuo, L. prima, ff. eodem.

### Ad Senatusconsultum Velleianum.

Hoc Senatusconsultum mulierum imbecillitati consulit, constituēs quod mulier alienam obligationem, uel suscipiens, uel participans mandando, iubendo, in serapiendo nō obstringatur, L. prima, & quare, infra eo. Sunt tamē aliquot casus, in q<sup>u</sup>b. hoc Sena

## LORVM CODICIS.

hoc Senatus consultū loci habet nihil, uide  
glo. in uer. cessante, in L. fi. infra, eo.

### De non numerata pecunia.

Hic Imperator tractat, quid Iuris sit, cū  
exceptione non numeratæ pecuniæ. Si q̄s  
enim debere se scripserit, quod sibi numera-  
tum non est, de pecunia non numerata in-  
tra biennium exceptionem opponere po-  
test, §. pri. Instit. de literarum obliga. Nec  
latere uolo iuuueni studiosum, pecuniam  
in præsentis titulo, pro quauis resumī, quā  
quis, uel non numerauit, uel soluit, L. pe-  
cuniæ verbū, ff. de uerbo, significatione.

### De Compensationibus.

Compensatio est debiti, & crediti inter  
se contributio, L. prima, ff. eo. Verbi gra-  
tia. Petrus debet mihi decē, & ego ei q̄nq;  
aureos. Si ego decem aureos à Petro peto,  
quinq;, quos ei debeo, compensare cogor,  
& sic potero alios quinq; aureos exigere.  
Hoc nomine autem compensatio inuecta  
est, quia nostra interest potius non soluere,  
quam solutum repetere, L. iij. ff. eodem.

### De Vsuris.

Vsurarum nomine, intellige quicquid  
præter sortem alicui datur, iam in hoc titulo

## EXEGESES TIT V.

agitur, quomodo usuræ debeantur, quomodo exigi possint, et in quibus contractibus exigantur.

### De Nautico fœnore.

Id est, de fœnore, quod impenditur in pecuniam nauticā: pecunia nautica est, quae periculo creditoris in nauem recepta, transienda committitur. Porro periculum huius pecuniae traiecticæ, C. sic enim dicit Imperator in L. prima huius tituli, ad creditore pertinet, in L. prima, & in L. in nautica, ff. co. Et pertinet quidem periculum huius pecuniae ad creditorem, quoad debitor in locū, quo contendit, peruererit. Et nisi forsitan factura huius pecuniae debitori iputari queat, ut qui locum nauigij non seruarit, nec licitas merces in nauē depositum, L. iij. hu. tit.

### Depositum, uel contra.

Depositum, est quod custodiēdi gratia, alicui traditur, contrahitur uero re, obligatio in deposito, Institu, quib, mo. re contra obli. §. præterea. Et inde actio depositi quæ datur contra depositarium, id est, eū apud quem res est deposita, ut rē restituat, indic. §. præterea. Et in hac actione dolus tamen punitur iuxta lata culpa, quæ dolo æquatur, L. quod Nerua, ff. depositi, §. si. ff. co. Porro,

## LORVM CODICIS.

Porro titulus habet, uel contra, quod de actione depositi contraria intellige, quæ cō petit depositario simul & hæredi eius in eū qui depositus, nomine impendiorū in rem depositam factorum.

### Mandati uel contra.

Mandatum hic dicitur munus, quo q̄s gratuito quid amici nomine faciendum si- bi sumit, inde actiones, quæ partim directa uel contraria. Directa congruit, quando in terēst eius, qui mandauit, sua nihil interest, hæc actio locum non habet. Verbi gratia. Mandaui Petro, ut domum mihi emeret, si mea intererat, ut domus emeretur, Petrus mandati mihi obstringitur. At si eam ipsam domum ego emi, & sic nihil intererat, hæc actio soplitur. Contraria actio ei, qui man- dato facit satis cōgruit, ut si Petrus meo mā dato mihi domum emit, mecum mandat agere potest, ut si nondum pecuniam uen- ditori numerarim, ei numerare cogar &c.

### Si Seruus extero se emi man- dauerit.

In hoc titulo Imperator agit, an seruus meus data Petro pecunia, & facta stipula-  
tione de manumissione ab emptiōe, rogar-

## EXESES TITV

Petrum, ut eum a me domino emat, & huius generis contractus aliquid momentu ha beat. Et an ego serui dominus, illum in seruitute postliminio retrahere possim, quod se cum ipsius peculio, & seruitute vindicare conatus sit, uide L. unicum huius tituli.

### Pro Socio.

Societas est uel duorum uel pluriū conuenio, contracta ob commodiorem, & usum & quæstum, ut Institut. de societate, inde actio pro socio, quæ datur socio pro socio. Porro Imperator in hoc titulo agit, quādo robur obtineat societas, quādiu duret, quo modo contrahatur &c.

### De contrahenda emptione, & uenditione.

Hic Imperator agit, quando contractus emptionis & uenditionis contrahatur, & assentis consensu perfici, si modo de precio, & quidem certo inter emptorem, & uenditorem conuentum sit, §. primo, instit. de emptione & uenditione.

### De Hæreditate, uel actione uendita.

Summa huius tituli est, quid Iuris sit in hæreditate uendita. Exempli gratia. Ven do Ioanni

## LORVM CODICIS.

do Ioanniactionem meam, quæ mihi con-  
gruit in Petrum: & ut paucis dicam, uende  
reactionem, est quod alias in L. nominis,  
infra eo. uendere nomen dicitur, & in hac  
actione hoc obseruandum est, uenditionē  
actionis etiā ignorante, uel etiā eo inuitō fie-  
ri posse, L. nominis uenditio, eo. titulo.

**Quæ res uendi non possunt, &**  
**qui uendere, & mercari uetātur.**

Hic titulus in L. facile seipsum, liquido  
illustrabit, hoc unum studiosum iuuē ad  
monere uolo, in L. prima huius tituli esse,  
quasdam uoces, quæ in exemplaribus fer-  
me corrupte legantur, sunt uero Emblata,  
Oxyblata. Tu lege ἐμβλῆσθαι, hoc est, uestes  
intinctas purpura, uel alio colore, lege oxy-  
blpta, uel, ut Alciatus legendū putat, o xo  
blpta, siquidem Suidas scribit ἔξος tin-  
eturam fuisse, quia Phœnices uestimenta  
tinixerunt.

**Quæ res exportari non debeant.**

Hic titulus quoq; clarior est, quā ut ullæ  
uerborum luce indigeat.

**De patribus, qui filios suos**  
**distraxerunt.**

## EXEGESES TIT V.

Non licere patri filium suum, aut uēdere, aut oppignorare, sub capitibus pœna, nisi extrema, & fame, & inopia rei familiaris facere urgeatur, in L. prima, & secūda, eodem titulo.

### De rescindenda uenditione.

In hoc titulo agit, quo pacto uēditio inter rescindatur. Rescinditur uero, si dolo emptor egerit, beneficio actionis, de dolo, & hoc si dolus causam cōtractu dederit, in L. elegāter ff. de dolo, et infra, L. si dolo, co. n.

### Quando liceat ab emptione discedere.

Titulus hic, apertus satis est, obserua tamen quod re integrā contractus emptionis & uenditionis utriuscq; partis consensurū patitur, L. prima, eo. titulo :

Si propter publicas penitentes, uenditio fuerit celebrata.

Quomodo ob tributa non soluta, uel alias res Reipub. debitas non præstitas, uenditio & fiat, & rescindatur, hic titu. aperit.

Sine censu, & reliquis fundum comparari non posse.

Imperator in hoc titulo interdicit, ne q; fundum

## LORVM CODICIS.

fundum emat tali conditione, ne aut inter  
grum censum præster, ubi tempore iam exa-  
cto, ne teruncius quidem solutus sit. Aut si  
quid dissoluit, ne quod census restat, præsta-  
re cogatur &c.

## De periculo & cōmodo rei

### uenditæ:

Summa huius tituli est, quando uel peri-  
culum, uel commodum rei uenditæ, aut ad  
emptorem aut uendorē pertineat. Et hoc  
fere dici solet, quod uenditione omnibus nū-  
meris absoluta, omne cōmodum iuxta dā-  
num rei uenditæ, ad emptorem rēdundat,  
Lege prima, infra eo.

## De actionibus empti, &

### uenditi.

Hoc est, de actionibus, quæ congruit,  
& ex empto & uendito, siquidem emplo-  
ri, ut res tradatur, actio empti datur, uendi-  
tori, ut premium accipiat: congruit actio ex  
uendito, uide hic in multis Legib⁹.

Si quis alteri, uel sibi sub alte-  
rius nomine, uel aliena pecunia,  
emitterit.

In hoc titulo pulchra traduntur, de illis

G.

## EXESES . TITV.

Speciebus & casibus, quibus aut aliquis, iū procurator emit sibi rem aliquā alterius nomine, aut aliena quidem pecunia rem emit, sed nomine suo. Vide totum titulum.

**D**e rebus alienis non alienatis, & de prohibita rerum alienatione, uel hypotheca.

Nemini est copia alienādi rem alienam. Etenim nemo eius rei, quae sua non est, alterum dominum constituere potest. Nā nemo plus Iuris in aliis transferre potest, quā ipse habet, L. traditio, ff. de acqui. rerum domi. Sunt tamen species quædam, quib. ut maxime quis rerum dominus nō sit, eas tamen alienare potest, de quib. uide Instit. quibus aliena licet, uel non.

**D**e Cōmunium rerum alienatione.

Quādo rerum alienarum alienatio usurpari possit, hic Imperator agitat.

**R**em alienam gerentibus, non interdici rerum suarū alienatione.

Hic titulus apertior est, quam ut ullis uebis explicandus sit.

De pāctis

## LORVM CODICIS.

### De pactis inter emptorem, & uenditorem compositis.

Ex hoc titulo discitur, q̄ pacto emptor,  
& uendor in contractu pactum, e quo cō  
tractus legē accipiat, inire possint. Vbi obſ  
ter iuuenes illam regulam discāt, Ex pacto  
contractus legem accipere, ut in regula cō  
tractus, ff. de reg. Iuris.

### Si seruus exportandus uæneat.

In hoc titulo diſſeritur, quid Iuris sit, si  
seruus exportandus. i. qui certo in loco, cer  
ta in urbe cōmorari non potest, uæneat, id  
est, uenundetur.

### Si mancipiū ita uæneat, ne pro ſtituatur.

Hic Imperator trāctat, quid iuris sit, si  
mancipium, hoc est, serua uæneat, ne pro  
ſtituatur turpi quæſtui exercendo.

### Si mancipium ita fuerit aliena tu, ut manumittatur, uel contra.

Hic titulus, ſeipſum declarat.

### De ædilitijs actionibus,

Ediles habebant quasdam actiones in re  
bus quibusdam, Insti. de Iure natu. Gen. &

G. n.

## EXEGESESTITV

Ciui. §. proponebant, de quib. hic titulus differit. Porro, q̄ ediles quōdam fuerint, ex Fenestella iuuenis studiosus discere poterit.

**De monopolij, & conuentu  
negociatorum illico, uel artificio  
ergolaborū, nec nō balneatorum  
prohibitis, & pactiōibus illicitis.**

Monopolium, est cum penes unum ali-  
quem uendendi potestas existit, ἀπό τη μο-  
νονομασίᾳ, id quod sit, cum unus  
solus aliquid genus mercaturę uniuersum  
emit, ut solus uendarat precium pro suo arbi-  
trio statuēs. Cæterum, monopolia in hoc  
titulo prohibentur, prohibet etiam Impera-  
tor ne ἐργάζεται, id est, operarij artifices,  
Opera, quæ inchoarunt, alij ne absoluant,  
paciscantur. Tum ne balneatores, inter se  
pactum ineant, ne alia, quam qua inter se  
contenerūt pecunia, balneis utiliceat. Bre-  
uiter omes illicitas pactiones, hic tibi prohibet.

**De nūdinis, et mercationibus.**

Summa tituli est, ne nundinarum tēpo-  
re, n̄ quibus nundinæ concessæ sunt, aut ne  
gociatores conueniant, aut merces eorum se-  
questrēt, aut quoq̄ modo illis molesti sint  
in L. unica, eo.

De uccā

## LORVM CODICIS.

### De Vectigalibus, & cōmissis.

Pro quibus rebus uectigal non præstetur, & pro quibus præstetur, hic titu. ostendit. Tum, quæ poena sit eius, qui in cōmissum cadat, hoc est, qui alicubi aliqd uehēs, uectigal non soluit, pœna uero est confisca<sup>tio</sup> rerum, quæ uehuntur.

### Vectigalia noua institui non posse.

Hic titulus satis apertus est.

### De Commertijs, & mercatoribus.

In hoc titulo Imperator prava quædam negotiatorum, & mercatorum, quæ sub Cæsare degunt, recenset. Tum quædam, quæ omnibus mercatoribus obseruanda sint, cuiusmodi existunt, ne aut promancipijs, aut alijs rebus barbaris aurum imperiant, L. secunda, eo. Tum uult, ut negotiationes in locis statutis exerceantur. Ad hæc nobiles & negotiationibus se abstinere uult, L. nobiliores eo.

### Dererum permutatione, & de præscriptis uerbis.

Contractus rerum permutationis non.

C iij

## EXEGESES TITV.

nullam actionem parit, nisi res quæ permuntantur, interueniant, unde non tam ex regi interuentu, quam pacto, quod præcedit, agitur. Et quidem bisfariam, & conditione ob causam, & præscriptis uerbis. Porro, actio præscriptis uerbis, locum sibi uendicat in pactis, quæ in continentि, ut ita dicā, fiunt, in cuiuscunq; generis contractu, L. secūda, C. de pactis inter empto, & uēdito, Vēdicat ethāc actio sibi locum in tribus cōtractib. anonymis, do ut des, do ut facias, facio ut facias, L. naturalis, §. primo &. n. ff. de præscrip. uer.

### De Locato, & conducto.

Quid in hoc titulo tradatur, ex uerbis eius nemo non, ut nullus moneā assequet.

### De Iure Emphiteotico.

Olim conducebanthomines fundos, a gros, & si quæ alia erant loca soli, ea legē, ut meliora reddere uellent, inde Emphiteosis. i. melioratio dicitur, & contractus Emphiteoticus. i. contractus res soli meliores reddēdi, q; non nisi scriptura intercedēte cōtrahitur, L. prima, tum, & domini, & Emphiteotæ consensu, De hoc contractu, hic titu. diserte disputat.

Liber. vi

LORVM CODICIS.

LIBER V.

De Sponsalibus, & arris spon  
salitijs, & proxenetis.

Sponsalia dicuntur, mentio & reprimis  
sio futurarum nuptiarum, L. prima. ff.  
de sponsa. Arræ id genus munera dicū  
tur, quæ sponsaliorū nomine dātur, unde  
sponsalitiae arræ, & Iustiniano uocātur. Pro  
xeneta, proprie significat eum, qui inter ali  
quos est conciliator, & medius, unde arræ  
proxenetiae dicuntur, dona, quæ spōsam  
& spōsum inter se conciliant & iungunt.  
Explicatis his uocibus, iam ad summam ti  
tuli exponendam progrediamur. Impera  
tor in hoc titulo agit, quod in sponsalibus  
distractis, utriq; liberum sit nouū matrimo  
niū contrahere, & quādiu sponsa spōsum  
absentem expectare debeat. Agit etiā quid  
luris sit, cum Arris sponsaliorum nomine  
datis, si prius uel sponsa, uel sponsus dece  
dat, quam nuptiæ ineātur. Deniq; an uel  
tutor, uel curator, sponsalia per patrem  
puellæ contracta, distrahere queat, uide  
Leges tituli.

G 117

## EXEGESES . TITV.

Si Rector prouinciae, uel ad eū  
pertinentes sponsalitias dede-  
rint arras.

Ad eum pertinere intelliguntur, filii, ne-  
potes, propinqui, cōsiliarij, domestici, qui  
bus omnib. copia non est ineundi nuptias  
cum ea muliere, quæ uel de prouincia oriū-  
da est, uel ibi commoratur. Sponsaliorum  
tamen contrahēdorum illis facultas datur,  
L. si quis officium, ff. de ritu nuptiarū. Por-  
ro, Ius Canonicum aliter hac de re statuit,  
quod ea in specie sequendum est.

De donationibus ante nuptias  
uel propter nuptias, & spōsalitijs.

Hunc titulū paucis explicat Imperator,  
in Insti, de donationib. q. est et aliud genus.

De incestis, & inutilibus.

Interpretes ita ferme secernunt incestas  
nuptias, & inutiles, quod illæ sint quæ in-  
ter collaterales, & adfines contrahantur, in  
L. si adulterium, ff. de adulte. Hæ uero, nē  
pe inutiles, quæ aduersus Leges ineantur.  
Nam in hoc titulo Imperator agit, quib. pœ-  
nis adficiendi sint, qui uel incestas, uel inu-  
tiles nuptias contrahant.

De interdi-

## LORVM CODICIS:

De interdicto matrimonio in  
ter pupillam, & tutorem, seu cu-  
ratorem, filiosq; eorum.

Hic Imperator non uult, ut uel tutor pu-  
pillam ducat, uel curator adulam. Caterus,  
lus Canonicum aliter decegnit,

Si quacunq; præditus potesta-  
te, uel ad eum pertinentes, ad sup-  
positorum Iurisdictioni suæ aspira-  
re tentauerit nuptias,

In hoc titulo Imperator prohibet, ne ma-  
gistratus aliquis, uel maior, uel minor præ-  
textu potestatis, aut cum uirgine, aut cum  
uidea sua iurisdictioni subdita, matrimonium  
ineat, id quod etiam de Iure Ciuili ha-  
bet: secus est de Iure Canonico, quod tales  
personas matrimonium contrahere nō ue-  
t. Contrahere igitur possunt per C. cum  
apud de sponsa.

Si nuptiae ex rescripto petatur.

Quid Iuris sit, si nuptiae, quæ alioqui nō  
admittuntur, ex rescripto Imperatoris petā-  
tur, ut ipse, quæ sua est authoritas, per rescri-  
ptum alias personas Legibus soluat.

G v

## EXEGESES TITV.

### De secundis nuptijs.

Quando mulier ad nuptias secudas ire, hoc est, secundum nubere possit, hic statuitur. Est uero haec summa, mulierem intra annum ab obitu mariti, secundum nubere non debere, pœnam datura, si id fecerit, in qua specie quoq; aliter Ius Canonicum statuit, in C. ult. penult. eo. titulo.

### Si secundo nupserit mulier, cui maritus usumfructum reliquit.

Si mulier, cui maritus usumfructum rerum suarum, mortem obiens reliquit, secundo nupserit, ususfructus damnum facit, & filijs prioris mariti ex eo die quo nupsit, restituere cogitur, ut in L. prima, eo, licet Iure Auten. quod in eo. titu. adscriptum est, secus statutum sit.

### De dotis promissione, & nova pollicitatione.

Promissio dotis partim fit per stipulationem, partim sine stipulatione. Pollicitatio uero, est solius efferentis promissio, L. iij. de pollicita. Iā summa tituli est, quod si dos per stipulationem pmissa sit, & aliquid certi promissum conditione certi agendum esse. Sin uero incerti quid promissum sit, ex stipulatu

## LORVM CODICIS.

pularū agī, ut Institut. de uerbo. obliga. in  
pub. Porro, si dos nuda pollicitatione cō-  
stituta sit, ex Iuris cōmunis sanctione, nulla  
actio oritur, L. si tibi, C. locati: & L. legē,  
C. de pactis. At uero alia est ratio in dote,  
ex priuilegio concessa, L. ad exactiōnē, eo.

### De Iure dotium.

Varium est dotium Ius, nā aliquod ha-  
bet respectum actionis, quæ olim locum si-  
bi uendicabat in repetenda dote, de quo Iu-  
re uide titu. C. de rei uxori. actio. Est & Ius  
quoddā, quod statuit quib. cōgruat actio,  
& in quos, quibus nō congruat actio, ad re-  
petēdam dotem, de quo Iure, L. titu. in, ff.  
& C. de solu. matri. Deniq; est Ius, quod  
præscribit rationem constituendi dotem,  
quod statuit, cuius uel damno, uell lucro cō-  
stitutio dotis fieri possit, & de hoc Iure, in  
præsenū titulo pertractatur.

### De rei uxoriæ actione, in exti- pulatione transfusa, & de natura dotibus præstita.

In hoc titulo Imperator tractat de Iure,  
actione, qua dotes petuntur, repetuntur.  
Et, quia iam olim hac in re utebantur uete-  
res actione rei uxoriæ, hæc abrogata est, &

## EXEGESES TIT V.

in locū eius suffecta actio ex stipulatu. Porro, suspicio est, mulierem nunquā non stipulatam esse dotem sibi reddi, quamuis stipulata nō sit, quæ suspicio, uel præsumptio Legis esse, fertur: agitur ergo hic de actio/ ne ex stipulatu.

**D**e pactis & conuentis, tam su/ per dote, quā donatione ante nu/ ptias, & paraphernis.

In hoc titulo Imperator disputat, quib/ modis partes etiā super dote, & donatione  
ante nuptias: deniq; super paraphernis i.  
donis, præter dotem, ab uxore marito da/ tis, pacisci queant.

**D**e dote cauta, nō numerata,  
Quid Iuris sit, si mulier marito caueat do/ tem, id est, promittat dotem, & tandem ei  
non numeret, hic differitur.

**D**e donationibus, inter virū,  
& uxorem, & a parentibus in libe/ ros factis, & rati habitione.

Maritus & coniunx, se mutuis donatio/ nibus ornare prohibentur, ne amor eorū  
torpeat, L. prima, ff. eo. Nec pater, filio  
aliquid donare per Ius poterit, quoniam  
uniuersus

## LÖRVM CODICIS.

Unius psonę loco existunt, L. fi. C. de im  
pub. & alijs substi. Excipiuntur tamen ca  
sus in quib. pater filium donationibus adfi  
cere potest, ut si qd ei in dotē det, ut si qd in  
donationem ppter nuptias ei largiat &c.

## Derepudijs, & diuortijs, & iu dicio de moribus sublato.

Diuortium proprie est, si uir & uxor se  
parentur. Repudium uero, si spōsus a spō  
sa dirimatur, quanquā hæc uocabula fere  
confunduntur. Porro, in hoc titulo Impera  
tor recenset causas, propter quas maritus  
uxorem repudiare possit, in L. consensu,  
infra eo. Cæterum, de Iure Canonico, ut  
obiter id moneam, solum adulterium, ma  
trimoniū contractum dirimit, in C. ex pu  
blico de cōuersa, coniuga. Adhæc, nec ma  
ritus ob mores quosdā agrestes & inuere  
cundos, uxorem suam & se repudiare pōt.  
Uxor enim mores noueris, non oderis,  
et hoc uult tit. & iudicio de morib. sublato.

## Soluto matrimonio, quemad modum dos petatur.

In hoc titulo Imperator agit, quomo  
do dos repetatur matrimonio, aut diuor  
cio, aut morte dirempto, & quib. actioni

## EXEGESES TITV

bus, pro dote data recuperanda, locus sit  
hic tractatur.

**Si dos constante matrimonio,  
soluta fuerit.**

Si constante matrimonio, dos legitima  
ex causa soluta per maritū fuit, dotis data  
conditio nō datur. Sin uero nulla iusta cau  
sa intercedente, dos a marito soluta est, dos  
a marito repeti potest, etiam si uxor morie  
bitur, in L. unica, eo. titulo.

**Ne Fideiuſſores, uel mandato  
res dotium dentur.**

Mulieris non est, a uiro dotis & conser  
vandæ, & restituendæ gratia, cautionē ext  
gere: ratio in promptu est, in L. §. infra  
eo. ne generetur inter eos perfidia.

**Rerum amotarum.**

Hæc actio inter maritū & uxorem, locū  
sibi uēdicat, cuius loco alioqui est actio fur  
ti inter extraneos prodita. Neq; uero mari  
tus in uxorē hac actione uti potest, nisi res  
mariti dolo ab uxore amoueantur, & sub  
trahantur, L. contra. ff. eo. In hac actione,  
si ad summū res uenit, restituīt res quocūq;  
modo alienata, L. si concubina, §.  
non solum, ff. eodem.

Nepro

## LORVM CODICIS.

Ne pro dote mulieris, bona quondam mariti addicantur, id est, in solutum dentur.

Quid hic titulus uelit, ex suis ipsius uerdis, coniectatu est facile.

## Defundo dotali.

Quando fundus dotalis, id est dotis uirce, ab uxore marito datus, alienari possit, hic differitur, qua de re, uide & Institut. q- bus alienari licet, uel non, in §. primo.

Diuortio facto, apud quem liberi morari uel educari debeant.

Hic titulus clarus est.

De alendis liberis a parentibus.

Nec hic titu. ulla interpretatione idiger.

## De Concubinis.

Marito non licere, concubinam habere, hic titulus tractat.

De Naturalibus liberis, & matribus eorum, ex quibus causis iusti efficiantur.

Filiij naturales dicuntur ij, qui ex concubinis nascuntur. Iam in hoc titulo Impera-

## EXEGESIS TITV

tor differit, quantum huius generis liberis, uel inter uiuos, uel testamento relinqui pos-  
sit. Tum, quibus ex causis iusti fiunt, id est,  
natalibus restituantur, & in parentum po-  
testatem redigantur.

### De testamentaria tutela.

Hunc titulum exponit Imperator, in In-  
stitut. eodem titulo.

### De confirmando tutore.

Summa tituli est, tutorem per prætorem  
confirmari, & approbari posse.

### De Legitimā tutela.

Hic titulus quoq; in Institut. eodem ti-  
tulo explicatur.

### Qui petant tutores, uel cu- ratores.

Hic titulus clarius est, quam ut ullā uer-  
borū lucem desideret, hoc tamen nolo quē  
fugiat, adolescentes urgente extrema ne-  
cessitate, quod telum acerrimum est, cura-  
torem ad litē petere posse, infra eo. li. pri-

### Vbi petantur tutores, uel cu- ratores.

Pupillus eo loci, uel tutorem, uel cura-  
torem petet, e quo aut ortus est, aut ubi pa-  
trimonium

## LORVM CODICIS.

Monium habet, aut ubi commoratur,  
L. prima, eodem.

## De Tutoribus, uel Curatori- bus illustrium, uel clarissimarum prouinciarum.

Cuius generis illustrium uel clarissima-  
rum personarum, uel tutores, uel curato-  
res esse debeant, hic titulus aperit.

Qui dare Tutores, uel curato-  
res, & qui dari possunt, uel non.

Hic titulus satis per se apertus est.

Quando mulier tutelæ officio  
fungi potest.

Mulier regulariter tutoris munere, fungi  
non potest, quando id munus virile est, L.  
prima, infra eo quod uero consentaneum  
est, nisi tutela filiorum a principe impetrat,  
L. ult. ff. de tute. Tum si iuret, & renunciet  
Senatus consulto Velleiano, iuxta omni le-  
gitimo praesidio, ac omnem suam facultatem  
in filiorum potestate redigat, L. ult. eo.  
Ethoc Iure Codicis decretum est. Porro,  
Iure Autentico, mulier tutoribus, tam legi-  
timis, quam datius præfertur, vide Auten-  
tati. & auiae in hoc titulo.

H

## EXEGESES TITV

In quibus casibus Tutorē, uel curatorem habenti, tutor uel cura tor dari potest.

Regulariter tutor, non potest dari habet si tutorē, quæ regula in aliquot casibus, hic in titulo enumeratis, claudicat.

De administratione Tutorum uel curatorū, & pecunia pupilla ri fœneranda, uel deponenda.

Nec tutor nec curator se administrati muneris sui ingerere potest, nisi rationariū confecerit, L. fi. §. ult. C. de arbit. tute. Tu & exigitur, ut uterque eorum iuret se fide, quā potest optima res, administraturum esse, in L. de creationibus, C. de Episco. aud. Accedit his, quod nec curator, nec tutor cu pecunia pupillari fœnerare possit, ut in Auten. nouissime in eo. titu. positis. Excipiuntur duo casus, in dic. Auten. relatos.

De periculo tutorum, uel Curatorum.

Omnia pericula, quæ rebus pupillo rum, uel dolo, uel lata culpa, uel etiam leui cōmittuntur, in tutorum iuxta curatorū capita redundant, L. quicqđ, C. arbit. turo. Excepis

## LORVM CODICIS.

Exceptis duobus casibus, partim si prædia minus idonea emerint, hac enim specie latam culpam tutores tantum præstant, L. tutor, q. reperto §. cōpetit, ff. de administratura. Partim si quid fortuito euenit, in tutoris caput non recidit, L. sires, infra eo.

Quando ex pacto tutoris, uel curatoris, minores agere uel conueniri possint.

Finita tutela, Iure ipso exigente, actioes quæ tutori intentandæ erant, pupillo inten tantur, L. prima, infra eodem. Nisi forsitan finita tutela, tutor facta nouatiœ, in se obli gationis onus sustulerit, L. post mortem. ff. eo. Tum, nisi tutor, doli iuxta culpæ ergo obstringi cœperit, L. Julianus. §. si uenditor, ff. de actio. empti.

Si ex pluribus tutoribus, uel curatoribus, omnes, uel unus agere pro minore, uel conueniri possint.

Vbi plures tutela fungantur, etiam unus tantum, & agit, & conuenit, pupilli nomine, Nisi forsitan tutelæ administratio partita est, L. prima, & secunda, infra eodem.

## EXEGETES · TITV.

### Netutor uel curator, uectigalia conduceat.

Tutor uectigalia cōducere non potest, haec gratia, quod omnia bona eius, qui cōducit aliquid a fisco, fisco sunt obligata, L. prima, C. in quib. cau. pig. cōtraha. At cū antehac bona, quæ tutor possidet, pupillo obligata existant, L. officio. C. de administra. tuto. bona unius duobus obstringeretur, & sic tutor crimen stellionatus incideret, L. tutor, §. cōtrariū. ff. de pigno. actio. De tute, uel curatore, qui nō satisdedit.

Hunc titulum explicat Imperator, in Institut. de satisda. tuto.

### Desuspectis tutoribus, uel curatoribus.

Ethūc titulum, in Institut. expositū habes.  
De in litem dando tute, uel curatore.

Tutor ad litem dari non potest, quando  
lis non datur certæ rei uel causæ, Institut. qui  
dare tuto. in testamē. posset, §. certe. Sed ho  
die receptū est, ut si minori cū tute lis in  
tercedat, curator constituatur, quāuis olim  
ad litem

## LORVM CODICIS.

ad litem prætorius tutor eligebat, Inst. de autho. tuto. & curato. §. finali.

De eo, qui pro tutore uel cura

tore negotia gessit.

In eum, qui ignarus an sit tutor, uel cu-  
rator, se, & pro tutore, uel curatore gessit,  
datur primo omnium actio pro tutelæ, ut  
uocant, deinde actio utilis negotiorum ge-  
storum: si uterque cōpertum habuit, se nec  
tutorē, nec curatorem esse, & tamen uterque  
in munus se intrusit, in utrūque actio directa  
negotiorum gestorum, conceditur, L. iij.  
§. hac ratione, ff. de nego. gestis.

Si mater indēnitatem promiserit.

Quid Iuris sit, si tutor pupillo indemni-  
tatem promittat, in hoc titulo disseritur.

Si tutor contra uolūtatem ma-  
tris datus sit.

Tutor contra uoluntatem matris datus  
citra labem infamiae submouetur, nisi cau-  
sa adsit, propter quā infamia ei inuri debe-  
at, L. unica, infra eodem.

Vt causæ post pūbertatem ad-  
sit tutor.

Titulus est clarus,

H iij

## EXESES TITV.

### Vbi pupilli educari debeant.

Pupilli apud matrem, nisi secundum nups'erit, educari debent: si uero nups'erit, iudex ubi Pupilli educandi sint, decernet.

### Dealimentis pupillo praestādis.

Pro patrimonij uiribus, pupillo alimenta impertiantur, L. fi. infra eodem.

### Arbitrium tutelæ.

Id est, de arbitraria actiōe tutelæ, ut quæ in Iudicis arbitrio posita est, & datur pupilo pariter, & hæredibus in eum, qui quoniam tutor fuit iuxta hæredes eius pro redenda ratione, L. penul. infra eodem.

### De diuidenda tutela.

In hoc titulo differitur, qua ratione possunt tutelam depositam tutores testamentarj legiti, datiuī, rationem reddere debeant. Eienim, non raro plures tutores datur, non raro tutelam ipsi inter se partiuntur. Tum, an is, qui soluendo est, pro hjs, qui facere causas non possunt, obstringatur.

### De in litem iurando.

In litem iurare, est suoipsius iuramento rei, que in lite. i. in iudicio petitur, aestimationem inire, & pro quanto ea carere nolis firmare, de hoc iuramento præsens titulus disputat.

De hæredib.

## LORVM CODICIS.

### De hæredibus tutorum, uel curatorum.

Hic differit qua ratione, & obstringatur, & cōueniantur heredes, parentū loco.

### Situtor uel curator non geslit.

Tutor etiam, propter res male gestas & suo contutore, quem non suspecte detulit, obstringitur.

### De usurris pupillaribus.

Quomodo usuræ pupillares .i. quæ ex pecunia pupillorum accipiuntur, Iure exigantur, hic titulus differit.

### De fideiussoribus tutorū, uel curatorum.

Olim optio daba' minoribus, an prius fideiussores, quam tutores conuenire uel lent. Tū, an a fideiussoribus partē, & a tutoribus etiam partem exigere cuperent, L. prima, ff. eo. titu. Athodie receptum est, ut ante primarij debitores cōueniantur, q̄ fideiussores, in Auten, de fideiutto. §.i. colla.i,

### De auctoritate præstanta.

Hunc titulum Imperator exponit, in Inst. de autho, tutor, & curato.

H. iii

## EXEGESES TITV.

Quādo tutores, uel curatores  
esse desinant.

Et hunc titulum uide expositum in Institu-  
tū quibus modis finitur tutela.

De actione a tute, seu curato-  
re dando.

Quādo, tam tutor, quā curator, actorem  
in causa pupilli constituere possit, in hoc de-  
tulo dicitur, uide & Institutū, de curato. §. si.

De excusationibus tutorum,  
& curatorum, & temporibus eorū

Hic titulus apertus est, & explicatur in In-  
stitutū, eodem titulo,

Si tutor uel curator falsis allega-  
tionibus excusatus sit.

Falsa allegatio causæ, neminem nec a tu-  
tela, nec cura vindicat, §. ultimo, Institutū  
de excusa, tutorum.

Si tutor uel curator Reipub-  
causa absuerit,

Quandiu uel tutor uel curator Reipub-  
causa abest, tam a tutela, quam a cura liber-  
est. Cæterum, dum quis uel curator, uel nu-  
tor Reip.

## LORVM CODICIS.

tor Reipub. causa abest, interim, alium in suum ipsius locum surrogare debet, L. tutores, §. q. se, ff. de administr. tuto. uel cura.

### De excusatione ueteranorum.

Veterani milites, qui honeste ab Imperatore, post uiginti annorū stipendia exau torantur, a tutelis præterquā filiorum ueteranorum, uel cōmilitonum suorum, libe rantur, nec pluribus tutelis, quā una oneri possunt, L. prima, eo. titulo.

### Qui numero liberorum se excusant.

Hunc titulum, Imperator in Institut. de excusa. tuto. §. primo, exponit.

### Qui morbo se excusant.

Et hic titulus clarior est, quam, ut ullis verbis illustrandus sit.

### Qui ætate se excusant.

Hic quoq; titulus apertus est.

### Qui numero tutelarum.

Vide Institut. de excusa. tuto. §. item tria.

### Decuratore furiosi, uel prodigi.

Hunc titulum, quia apertus est, expone re non stat sententia.

H. v

## EXEGESIS TITV.

De predijs, & alijs rebus minorum, sine decreto non alienandis.

Hic quoque titulus clarus existit.

Quando decreto opus est.

In hoc titulo differitur, quod quando minor & principe Ius alienandi res suas contractus est, decreto, id est, consensu iudicis, opus non esse, &c.

Si quis ignorans rem minoris esse, sine decreto comparauerit.

Quid Iuris sit, si quis absq; decreto ignorans rem minoris esse, ab extraneo emat, differitur.

Si maior factus, alienatione facta sine decreto ratam habuerit.

Si uel pupillus, uel adultus maior factus, rem aliquam uenditam ratam habuerit, id est, comprobauerit, uenditio rescindi non potest. Cæterū, si maior factus ignorans sibi ultra dimidium iusti precij fucum factum uenditionem, uel a tutore, uel curatore inuitam corroborauerit, uenditorem conueniendi copia datur, ut uel redditum pecuniam, possessionem una cū fructibus restituat, uel qd pecuniae iustæ deest, sarciat, infra eo. L. prima.

De magistra

## LORVM CODICIS.

### De magistratibus cōueniēdīs.

Hunc titulum interpretatur Imperator,  
in Institut. & sciendum autem de satisdatione  
tutorum, uel curatorum.

## LIBER VI

De seruis fugitiuīs, & libertis,  
mācipijsq; ciuitatum artificib;,  
& ad diuersa opera deputatis, &  
ad rem priuatam, uel Domini-  
cam pertinentibus.

In hoc titulo Imperator docet, quid Iuris  
sit, cum seruis priuatorum, fisci, Impera-  
toris. Tum, quid Iuris sit, cum libertis ci-  
uitatum, & artificum diuersis operibus de-  
stinorum, &c.

### Defurtis, & seruo corrupto.

In hoc titulo habes, quid Iuris sit, si au-  
tem rem furto subtrahit, aut rem furto  
surreptam, possideat. Tū, agitur de actione  
serui corrupti, quē domino, cuius seruus  
corruptus est, datur.

## EXEGESES TITV.

### De operis libertorum.

Quas opas libertus patrono suo debeat,  
Imperator hic disserit. De operis libertorum,  
elegantissime disputat, unicum Iurisconsul  
torum ornamentum, Vdalricus Zasius, in  
L. si non sorte, §. libertus, ff. de cōdic. indeb.

### De bonis libertorum, & Iure patronatus.

Hic Imperator tractat, patrono esse Ius  
succedēdi in bonis liberti. Tum de Iure pa  
tronatus, quod in varijs rebus uertitur, de  
quibus, si libet, uide Gloss. Institut. de succel  
libert. in §. cum uero maiores in uerbo re  
plicatur.

### Si in fraudem patroni, a liber tis, alienatio facta.

In hoc titulo disputatur, patronū posse  
libertum, qui per fraudem ei alienatus sit,  
reuocare.

### De obsequijs patrono præstādis;

Id est, de honoris exhibitione, & reuerē  
tū uerecundia, & liberto patrono, manumis  
sionis gratia præstandis, L. liberto, ff. co.

### Libertis, & eorum liberis.

Hic titulus sui ipsius interpres est.

De Iure

## LORVM CODICIS.

### De lure aureorum annulorū, & de natalibus restituendis.

Ius aureorum annulorum donare apud antiquos erat, id ferme quod equitem facere dicimus. Porro, natalibus restitui, est in hoc titulo, quando libertus patronatus obseruatione liberatur, iam de utroq; nimirum de lure aureorum annulorum, quam nataliū restituzione, in hoc titulo differitur.

Qui admitti ad bonorum possessionem possunt, & intra quod tempus.

Ad bonorum possessionem petendam, admittitur liber filius familias maior xxv. annis. Et seruus, bonorum possessionē petere non potest, nisi prætor de eius condicione certior factus, eum admiserit. Tū nec impubes per se, sed per tutorem bonorum possessionem petere potest. Porro, liber intra anni utilis spaciū, agnati, & cognati intra ceterum dies utiles bonorum possessionē petere ualent.

Quando non petentium partes, petentibus accrescunt.  
Si duobus est delata bonorū possessio,

## EXEGESIS TITV

& alter eam, uel repudiat, uel quia tempore exclusus est, eius pars alteri accrescit, L. tertia, §. ulti. ff. de bonorum possess.

### De bonorum possessione secundum tabulas.

Bonorum possessio, secundum tabulas scriptis hæredibus defertur, quod si illi de sunt, substituti uocatur, quod si nec hi proximi sunt, eius substituti accessantur, L. secunda, §. defertur. ff. eodem.

### De bonorum possessione contra tabulas, quam Prætor liberis pollicetur.

Hæc bonorum possessio, defertur liberis naturalibus, et legitimis, uel legitimis tantum nimirū adoptiuis, præcipue huius bonorum possessionis participes sūt emancipati, &c.

### De bonorum possessione contra tabulas liberti, que patronis liberisq; eorum datur.

Bonoru[m] possessio patrono defertur, eage, si hæreditas, uel ab uno ex hæredibus, sit adita. Alia ratio est, cum bonorum possessione contra tabulas, quæ liberis tantum communicantur.

Vnde

## LORVM CODICIS.

### Vnde liberi.

Hæc bonorum possessio, & Prætore in  
ducta est, cum, ut emancipati bonis pater-  
nis potiantur, §. emancipati, Institut. tum  
ut non emancipati bonis patris fruantur, §.  
Id ex lute ab intestato, hoc est, ex lege ta-  
bularum. xij. §. primo, Institut. de haeredi-  
tate ab intestato deferuntur, præterea hæc  
bonorum possessio datur ijs, quibus datur  
bonorum possessio contra tabulas, L. pri-  
§. recte. ff. si tabulæ testa. null. ex.

### Vnde legitimi, & unde cognati.

Hac bonorum possessione, ram agnati, quæ  
cognati, ad bonorum possessionem admittunt.

### De successorio edicto.

Hoc edictum successorium, a prætore in-  
uentum est, ut si prior bonorum possessio,  
uel repudiet, uel nō perat, alter admittatur,  
L. prima, infra eo. titulo.

### De Carboniano edicto.

Carbonianum edictum inuentum est, ut  
consulatur impuberi, cui de statu mouetur  
quæstio. Nimirum, an filius huius uel istius  
sui, uel quādo negatur bona, quæ petit, pa-  
tris fuisse. Hoc certe edicto, impubes adipi-  
scitur possessionem bonorum corporaliū,

## EXEGESES TITV

quæ in hæreditate sunt, non secus ac ei nul  
la status controuersia mota esset.

### Vnde uir, & uxor.

Per hoc edictum, Prætor, uirum ad bo  
na uxoris, & uxorem, ad bona uiri, si nu  
lus hæres adsit uocat, etiam fisco excluso, in  
L. unica, infra eodem.

### De repudianda bonorum po ssessione.

Quomodo, & qui bonorum possesso  
nem repudiare possint, hic disseritur.

### De collationibus.

Quomodo fiant bonorum collationes,  
id est, quomodo bona in medium conser  
tur, in hoc titulo tractatur.

### De testamento militis.

Huc titu. explicat Impera. in Instit. co. dt

### De testamentis, & quæadmo dum testamenta ordinentur.

Quid in hoc titulo tradatur, ex eius uer  
bis facile intelligi potest.

### De hæredib. instituendis, & qua sonæ hæredes institui nō possunt. Et hic titulus satis apertus est.

De Instit

## LORVM CODICIS.

De institutionibus, & substitutionibus, et restitutio-

nibus, et restitutio-

nibus sub  
conditione factis.

In hoc titulo tractatur quomodo quis ini-

stituatur, & substituatur, & restituatur hæ-

res: quid autem sit instituere, quid substitue-

re, nemo non qui Latinæ linguae mediocri-

ter gnarus est, intelligit.

De impuuberum, & alijs substi-

tutionibus.

Substitutionum, uaria sunt genera, quæ

dam est directa, quando nullo interceden-

te, aliquis hereditatem eius, qui deest, capit,

quædā est obliqua, hæc est precaria, uel fi-

deicōmissaria, de qua in Institut. de singulis

rebus per fideicō. hære. §. directa. Tum di-

rectorum, alia est vulgaris, alia pupillaris,

alia paradigmatica, siue exemplaris, alia cō-

pendiosa, de quib. in hoc titulo. tractatur.

De necessarijs seruis hæredi-

bus instituerendis uel substituēdis.

Quid hic titu. sibi uelit, uerba eius decla-

rant, hoc modo, dicam necessarium seruū

hæredē ita appellari, quod institutus hæres

eu nolit, siue uelit, ab obitu testatoris liber

## EXEGESes TITV

& hæres euadit, Institut. de hæredib. quæ  
& diffe. §. primo.

### Deliberis præteritis, & exha redatis.

Hunc titulum exponit Imperator, in Insti  
tut. de exhæredatione liberorum, id est,  
siliorum, neptiū, & aliorū descendentiū.  
In L. liberorum, ff. de uerbo. signifi.

### Deposthumis hæredibus in stituendis, uel exhæredandis, uel præteritis.

In hoc titulo Imperator tractat, quomo  
do postumi & hæredes instituendi, & ex  
hæredādisint, & qd iuris sit, si prætereant.

### De iure deliberandi, & adeun da uel acquirenda hæreditate.

In hoc titulo Imperator agit, quid iuris  
in deliberando, an quis uel adeat, uel repu  
dier hæreditatem. Interpretes annotarunt,  
hæreditatem adiri ab extraneo: acquiri a  
quocūq; tam suo, quam extraneo, an uero  
id ratū sit per omnia, uiderint ipsi. Porro,  
ut obiter hoc moneā, ex Festo Pompeio,  
Creui, significat hæreditatem adij, & uerbo  
ēfescere & cernere, inde uocabulum creui  
est, in L.

## LORVM CODICIS.

Et, in L. Cretionū, eo, tit. Vbi per cretionē intelliget iuuenis hæreditatis aditionem, in qua posthac scrupulosam solennitatem obseruari, Imperator non uult.

### Derepudianda, & abstinentia hæreditate.

Hic Imperator differit, q̄ pacto hæredes, hæreditatē, uel repudiare possint, uel se ab ea abstinere. Interpretes, si quid modo προσέταξεν, utin prouerbio est, facit, hic annotarunt, extraneos proprię hæreditatem repudiare, suos uero se ab ea abstinere.

### Quemadmodum testamenta aperiantur, aspiciantur, & describantur.

Quid hoc titulo apertius esse potest? De edicto diui Adriani tollendo, & quemadmodum scriptus hæres, in possessionem mittatur.

Diuis Adrianus, edicto quodā statuit, ut si scriptus hæres se in possessionem immiceti postulauerit, non prius ei permitteretur, quam Reipub. uicesima hæreditatis pars datur, nec uerbis dici potest, quā uarie hoc.

## EXESES TITV.

edictum interpretatum sit. Cum uero eius edicti praetextu, pleriq; suis hæreditatibus priuarentur, Imperator hoc edictum abrogat, proinde hodie non habita ratione huius edicti, scripto hæredi, rerum hæreditariarum fit copia, ut in hoc titulo copiosissime traditur.

Si quis aliquē testari prohibuerit, uel coegerit.

In hoc titulo, Imperator refert duas causas, propter quias aliquis ab hæreditate defuncti, excludi queat. Prior est, si quis prohibeat eū testari q̄ testari uolebat. Posterior si quis aliquē cogat, secus testari atq; uelit.

De his, quibus, ut indignis hæreditates auferuntur, & ad Senatus consultum Silleianum.

Multæ sunt causæ, propter quas aliquis hæreditatem sua spoliatur, quas iuuenis, in uniuersum, ff. eo. tit. & L. prima de lure sci, legere potest. Cæterum, quia Senatus consultum interdicebat prius adiri hæreditatē posse, si dominus & familia occisus esset, quā quæstio familiæ habeatur, L. si ea quæstio, & L. cum Silleianū, infra eo. Et sic Senatus consultū hoc, causam unam, ob quā hæreditas

## LORVM CODICIS.

hæreditas alicui auferri posset, exprimit.  
Proinde, de eo Imperator in hoc quoque  
tulo disputat.

### De Codicillis.

Codicillus, in Iure Ciuitati, dicitur ultima  
voluntas non tanta solennitate, quanta alio-  
qui testamenta regulariter fieri solent, facta,  
ut infra eo. & ff. eodem.

### De Legatis.

Hunc titulum uide expositum in Insti. eo. ti.

### De uerborum, & rerum signifi- catione.

In hoc titu. disseritur, qd fundus instru-  
etus significet, qd simplici cautiois uocabu-  
lo ostendatur, Coniunctionē disiunctiuā,  
aut, nō raro, pro, &, copulatiua poni: de-  
nīc significatio uocabuli, familia, explicat.

### Si omissa sit causa testamenti.

Hoc edictum, Si omissa &c. locum sibi  
uendicar, quando quis institutus dolo ma-  
lo, hoc est, ut circunueniret Legatarios iu-  
xta fideicōmissarios ab intestato adiuit, re-  
pudians hæreditatem sibi ex testamento de-  
latam. Præterea locum habet, quādo quis  
hæres institutus hæreditatem repudiauit ex  
testamento, ut aliis ab intestato adeat. De-

## EXEGESES TITV

niḡ locum habet quando institutus reijct  
hæreditatē, ut ea substitutus potiatur. Por-  
ro hoc edicto subuenitur legatarijs, fideicō-  
missarijs libertate donatur: breuiter omni-  
bus, quibus si hæreditas ex testamento adi-  
ta esset, deberi potuit, L. antepenultima, &  
institutus, ff. eodem.

## De indicta uiduitate, & Legc Iulia Miscella tollenda.

De Lege Iulia Miscella uide Auteri. de  
nupijs, §. quæ uero tunc colla. iiiij. At quid  
hodie Iuris sit de uiduitate in legando, indi-  
cta, de qua multa adeo statuit Lex illa lu-  
lia, in hoc titulo tractatur.

## De his, quæ pœnæ nomine in testamento, uel Codicillis relin- quuntur.

Olim, si quid pœnæ nomine, uel legaba-  
tur, uel adimebatur, uel etiam transfereba-  
tur, illud Legatum, illa ademptio, illa trāfia-  
tio, nihil roboris habebat, ut L. prima. ff.  
eo. Athodie quicquid pœnæ, uel conditio  
nis causa legatur, uel relinquī, uel adimip-  
pet, quatenus cōditio est honesta, & possit  
est fieri, uide L. unicam, infra eodem.

## De Fideicommissis.

Hunc

## LORVM CODICIS.

Hunc titulum uide expositū, in Institut. delegatis, §. primo, & de singu. rebus per fidei relictis.

## Cōmunia de Legatis, & fidei commissis, & de in rem missione tollenda.

In hoc titulo Imperator primo omnium tractat, quid Legatum cum fideicommissio commune habeat: deinde, in rem tollenda missione, siquidem olim legatario nō fiebat copia agēdi, rei uēdicatione pro resibi legata, nisi in possessionem mitteretur, hæc uero in rem possessio ab Imperatore tollitur. Porro, in L. iij. huius tituli, desunt hęc Græca uerba έν ὄρκῳ, quæ hic annotare ex Alciato, qui doctissime libro Dispunctio- num iij. cap. xij. hanc L. explicat, libuit.

De falsa causa adiecta Legato,

uel Fideicommisso.

Falsa causa adiecta, uel legato, uel fidei cōmissio, aliquando tam legatum, quam fideicommissum uitiat, aliquando non uitiat, uide hunc titulum.

De his, quæ sub modo legati, uel fideicommissi relinquuntur.

## EXEGESSES TITV.

In hoc titulo differit, quid Iuris, si qd  
legetur alicui, aut sub modo, ut lego tibi ui  
ginti, ut literis bonis des operam. Aut sub  
cōditione, lego tibi triginta aureos, si te o  
ptimo præceptorī informandū reddideris.

De conditionibus insertis, tā  
in Legatis, quam in Fideicom  
missis, & libertatibus.

Hic titul. ex suis ipsius uerbis facile intell  
gi potest,

De Usuris, & fructibus Lega  
torum, seu Fideicommissorum.

In hoc titulo differit, quo pacto hæres  
non dans legata ad fructus ex legatis acce  
ptos obstringatur. Tum dicitur, & de usu  
ris, si fideicommissum per hæredē nō præstet,

Ad Senatusconsultū Trebellia  
num, & de incertis personis.

Hoç Senatusconsultum prospicit hæ  
di instituto, qui Fideicommisso obstrictus  
est ad reddendam hæreditatem, uel ex alle,  
uel ex parte, & facit ei copiam detrahendi  
quartam partem hæreditatis, quæ quarta  
pars, quarta Trebellianica uocatur.

Ad Legem

## LORVM CODICIS.

### Ad legem Falcidiam.

Bñficio huius legis instituto hæreditate  
grū est, de ipsis Legatis particularib. qua-  
tam partem detrahere, uide Institu. eo. tit.

### De Caducis tollendis.

Tribus modis Legatum fieri caducū,  
hoc est, inutile, hic disseritur.

### De his, qui ante apertas tabu- las hæreditatem transmittant.

Hic Imperator dicit, hæreditatem ascen-  
dentium, etiam non aditam, per liberos in-  
stitutos, ante tabularum apertioṇem ad po-  
stros transmitpi, infra L. unica.

### Quando dies Legati, uel Fidei commissi cedit.

Cedere diem, est uenire diē, qua res obli-  
gata est, in L. cedere diem, ff. de uerbo. si-  
gnifi. Iam in hoc titulo dicitur isto die, quo  
hæres, hæreditatem adit, diem Legati ueni-  
re, siquidē tunc recte legatum petitur,  
id quod tamen uero cōsentia  
neum est in Legato pu-  
ro: aliter est in Lega-  
to sub condi-  
tione.

## EXEGESES TITV

Vt in possessionem legatorum  
uel Fideicommisorum seruando  
rum gratia mittatur, & quando sa-  
tis dari debeat.

Quid sibi hic titulus uelit, nemo non fa-  
scio, intelligit.

De suis & legitimis liberis, &  
ex filia nepotibus ab intestato ue-  
nientibus.

Nec hunc titulū, quia clarus est, ullo  
scholio illustrabimus.

Ad Senatusconsultum Tertul-  
lianum.

Hoc Senatusconsulto, matri deferuntur  
bona filij intestati, quæ alioqui per Legem  
tabularum xij. haec bona petere non po-  
rat, uide Institu. eo. titulo.

Ad Senatusconsultum Orficianū.

Hoc Senatusconsulto, ecōtrario, filius in  
bona matris intestatę admittitur, uide Insti. eo.

De legitimis hæredibus.

Id est, de hæredibus ex latere, seu trans-  
uerso, ab intestato succedentibus.

Cōmunia

## LORVM CODICIS.

Cōmunia de successionibus.

In hoc titulo Imperator recenset, quædam cōmunia successionū, quæ ab intestato flunt.

De bonis maternis, & materni generis.

In hoc titulo differitur, quod pater & avus in bonis maternis, & materni generis, & filii sui, & nepotis, & aliorum usufructum sibi acquirat; tradūtur & alia quædā, quæ in hoc toto titulo uidere posse est.

De bonis, quæ liberis in potestate patris constitutis, ex matrimonio, uel alias acquiruntur, & eorum administratione.

Hic titulus tradit, & quid iuris pater in bonis filio acquisitis acquirat, & quis hæc bona in sua manu, & administratione habere debeat. Quibus de rebus, uide L, ante oportet, & L. si. infra eodem.

De hæreditatibus Decurionū nauiculariorum, cohortalium militum, & fabricensium.

## EXESES TITV.

Fronto scribit Decurionem, aliquādo esse  
eum, qui praeſit turmę, quæ conſtet ex duō  
bus et triginta equitib⁹, qua in significatio  
ne, hic sumi proſsus exiſtimo. Qui nauen  
regit, nauicularius diſiit. De cohortalib⁹  
miliūbus, ſupra multa diximus.

## LIBER VII.

De uindicta libertate, & apud  
concilium manumiffione.

**H**unc titulum interpretatur Impera/  
tor, in §. multis modis, Institut. dell'  
bertinis.

De testamētaria manumiffione.

Titulus est clarus.

De Lege Fusia Canina  
tollenda.

Hunc titulum uide expositum, in Instit.  
codem titulo.

De Fideicōmissarijs libertatibus.

Fideicommissaria libertas, est illa, quam  
testator non directo, ut ita dicam, impernit:  
ſed per ma-

## LÖRVM CODICIS.

sed per manumissionem alterius, uel hæreditatis, uel legatarij, uel donatarij mortis ergo cuius fidei hoc cōmisit, & credidit, §. libertas, Instit. de singulis reb. p fideicō. &c.

### De Dedititia libertate tollēda.

Hunc titulum uide liquido explicatum, in Instit. de libertinīs, §. Libertinorū autē. Porro, qui deditū finit, uide apud Caium Iuriscōsultū lib. pri. Instit. de stat. hominū.

### De Latina libertate tollēda, & per certos modos in ciuitatem Romanam transfusa.

Hunc titulum, in §. libertinorum, in Instit. de libertinīs &c. quoq; illustratum inuenies.

### De cōmuni seruo manumisso.

Quōdam non dabatur copia uni ex dominis seruum manumittere, id quod si faceret, pars manumittentis domino accrescēbat socio, Institu. de dona. §. erat. At hodie integrum est uni dominorū, seruum cōmunem manumittere, inter uiuos, ultima uoluntate, tam directe, quam per fideicōmissum, ita tamen ut ea, quæ lex prima huius tituli præcipit, obseruentur.

EXESES TITV.

Deseruo pignori dato manu-  
missio.

Quid Iuris sit, in seruo pignori dato ma-  
numisso, hic Imperator ostendit.

De seruis, Reipub. causa, ma-  
numittendis.

Titulus hic clarus est.

De his, qui a non domino ma-  
numissi sunt, & de liberali causa.

Qui seruum alienum, perinde ac suum  
manumiserit, is, uel premium eius domino  
uero, si id expoposcerit, aut id quatum sua  
interest L. prima, eo. tit. dare cogitur, disse-  
ritur: & de liberali causa, quæ est quādo de  
libertate alicuius agitur.

Qui manumittere nō possunt,  
& ne in fraudem creditorum, ma-  
numittantur.

Et hic titu. ut nihil dicam, satis aptus es.

Qui nō possunt ad libertatem  
peruenire.

Id est, qui non possunt manumitti.  
Quibus ex

## LORVM CODICIS.

Quibus ex causis, serui per premia, libertatem accipiunt.

Quid hoc titulo clarius?

## De ingenuis manumissis.

In hoc titulo, Imperator tractat, quid si sis, si ingenui, qui aliquando de facto, liberent mihi ita dicere, manumittuntur, manumissione donantur.

## Cōmunia de manumissionibus.

Quæ cōmunia sint, uarijs manumissionum generibus, de quib. in Instit. de liber. §. multis modis, Imperator hic differit. Est uero primo omnium hoc omnibus manumissionibus commune, quod manumissio omnis, est libertatis datio, deinde quod ois manumissio, uel ad dñm, uel ad dñm, uel eius liberis cuiuscumq; gradus, pficiisci potest, &c.

## De Liberali causa.

Liberalis causa dicit, quando alicui mōuetur quæstio status, seruus, an liber sit.

## De assertione tollenda.

Quondā causa liberalis per assertores, inde nomen acceperūt, quia eū qui seruus dicebatur, liberum asserebant, & per istam assertiōnem, multa inepta fiebat. Proinde, Imperator in hoc titulo istam assertiōnem

## EXESES TITV

collit, & decernit, ut libertatis causa, aut pri  
uato morte, aut per procuratorem agatur,  
**L. secunda, infra eo.**

Quibus ad libertatem procla  
mare non licet, & de rebus eoru  
qui ad libertatem proclamare no  
prohibentur.

Hic titulus, satis clarus est.

### De ordine cognitionum.

In hoc titulo, Imperator tantum tractat  
ordinem cognitionū in causis liberalibus,  
id est, in quib. de statu quæstio agitatur.

### De collusione detegenda.

Collusio est tacita & fraudulenta acto  
ris, & rei conuentio, de qua in præsenti ti  
tulo agitur.

### Ne de statu defunctorum post quinquennium, quæratur.

Hic titulus clarior est, quam ut ullis verbis  
illustrandus sit.

### De longi temporis prescriptione, quæ pro libertate, & no aduersus libertatem opponitur.

Si quis

## LORVM CODICIS.

Si quis in possessione libertatis, totos usi  
giant annos, sine omni interpellatione fuit,  
de seruitute conueniri nequit, in qua præ  
scriptione, nō titulus, sed bona fides, nimi  
rum, quod se liberū esse existimet, requirit.

### De peculio eius, qui libertatē meruit.

In hoc titulo Imperator differit, qd Iuris  
cum peculio, apud quem manere debeat si  
mul, atq; seruus manumissus est, vide Legē  
unicam, eodem.

### De Senatusconsulto Claudiā tio tollendo.

Quondam mulier libera, serui amore  
capta, si ei à Dominio interminatū erat, ne  
cum seruo rem haberet, & iudex eius gra  
tia mulierē mōnuisset, & illa nihilominus,  
cum seruo consuetudinem habere perge  
bat, propter Senatusconsultum Claudianū  
quicquid rei habuit, una cū libertate amitt  
ebat, id quod quādo indignum utsum est,  
Imperatori, in hoc titulo illud Senatuscon  
sultum tollitur.

### De iudo Iure Quiritum tol lendo.

K

## EXEGES. TITV.

Nudum nomē, quod quis uel in seruis,  
uel alijs rebus habet, tollitur per hanc Le-  
gem unicam, & plenissimus & legitimus gl  
que dominus, siue serui, siue aliarum re-  
rum constituitur.

### De usucapione, pro emptore, uel pro transactione.

In hoc titu. Imperator uerba facit de usu  
capione, seu præscriptione, quæ in empio  
ne iuxta trāfactionē usurpatur. Siquidē  
is, qui emit rem a non domino, persuadē  
tamē sibi eum esse dominum, eā ipsam rem  
pro emptore usucapit. Tū, si alicui res qu  
dam, transactionis loco traditur, a non do  
mino recipiens, eam rem usucapit.

### De usucapione pro donato.

Donatarius, qui recipit rem & donato  
re nō domino, animum tamen suum indu  
cens credere eum esse dominum, eam rem  
pro donato usucapit, &c.

### De usucapione pro dote.

Qui accipit rem mobilem dotis loco, &  
non domino, credens tamen eum esse do  
minum, eam rem pro dote usucapit.

### De usucapione pro hærede.

Hæres, qui accipit bona mobilia a suo  
authore,

## LORVM CODICIS.

authore, non domino, quem dominū esse existimat, bona illa pro hærede usucapit.

## Cōmunia de usucaptionib⁹.

Hic titulus satis apertus est.

## De usucapione transformanda, & de sublata differētia rerum, mancipi & non mancipi.

Hic Imperator agit de usucapione transformanda, scilicet quoad tempus. Nā olim res mobilis anno, res immobilis triennio, & quidem in Italia solum usucapiebatur. Cæter⁹, iam res mobilis triennio, res immobilis, longo tempore usucapitur, Institu. de usucapio. &c. §. primo. Porro, Boetius in cōmentarijs, in Topica Ciceronis, omnes, inquit, res, quæ ab alienari possunt. i. quæ a nostro dominio, ad alterius transfere possunt, mancipi dictæ sunt. Et ea ab alienatio, per quandam nexus solennitatem, fiebat. Nexus autem, est quædam Iuris solennitas, quæ fiebat eo modo, quo Caius secūdo cōmentario exposuit. Tractatur igitur, & hic de sublata differētia rerum, mancipi, & non mancipi.

EXEGES TITV  
Deacquirenda , & retinenda  
possessione.

Hic titulus clarus est.

De præscriptione longi tempo  
ris, decem, uel xx. annorum  
Et hic titulus quoq; ex una, aut altera  
Lege facile patebit.

In quibus causis cessat longi  
poris, præscriptio.

Quid hoc titulo clarus?

Quibus non obijcitur longi  
poris præscriptio.

Nec hic titu . ullā Exegetim desiderat.

Si aduersus creditorem.

Hic titulus tractat de præscriptione, qui  
currit aduersus creditorē, in re sibi hypoth  
cata, seu pignori opposita. Verbi gratia.  
Tu mihi centum aureos mutuasti, pro qui  
bus, ego tibi domum meam pignori dedi.  
Iam hic tractatur qua ratione, ego debitor  
æctionē hypothecariā, quæ creditori in do  
mum meā congruit, præscribere possum.

De quadriennij præscriptione.

Hec præscri

## LORVM CODICIS.

Hæc præscriptio quadriennij locum habet, quando fiscus rem alienam, non aliter atq; suam, uel quocunq; tandem titulo uedit. Siquidem, in hac specie dominus non contra emporem, sed fiscum, ad æstimationem rem intra quadriennij decursum ageret potest &c.

Ne rei Dominicæ, uel temporum uendicatio, temporis præscriptione submoueatur,

Omnes res, tam mobiles, quam immobiles rei Dominicæ, aut principis, aut Reipublicæ, uel templorū, omni alienationis specie submota, nulla temporis longi præscriptione, usurpari possunt.

De præscriptione xxx. uel xx.

annorum,

Præscriptio xxx. annorum non requirit uel bonā fidem, uel titulum de Iure Ciuii. De Iure uero Canonico, hoc correctū est. Præscriptio quadraginta annorū cōtra rem ecclesiæ currit, in Auten. quas actiones, C. de sacrosanct. Eccle, Et tam titulū, quam bonam fidem exposcit,

K iii

## EXESES TITV.

De annali exceptione Italici cōtractus tollenda, & de diuersis tēporibus, & exceptionibus, & pr̄scriptionibus , & interruptionibus earum.

Quondam in Italico contractu , annalis quædam exceptio oriebatur. Cæterū, quādo hæc in exceptione , multæ altercationū moles prodibant, Imperator eam tollit, ut L. prima, infra eo. Tractatur & de diuersis temporibus, & pr̄escriptionibus, siquidem quædam uno die, quædā anno, quædam annis pr̄escribebantur, ut L. prima, & si. infra eo. Deniq; de interruptionibus pr̄escriptionum differitur, quæ muluis modis fiunt, de quib. uide Glo. in C. illud de pr̄escriptionibus.

De alluvionibus paludibus,  
& pascuis, ad alium statum  
translatiſ.

Id est, melioribus, fertilioribus factis, u de Institut. de rerum diuisione. §. præterea

De sententijs præfectorum  
prætorio.

Quis præ-

## LORVM CODICIS.

Quis præfectorus prætorio dictus sit, in libro primo diximus. In hoc titulo uero tractatur a sententia præfecti prætorio prouocare non licere, L. unica, infra eodem.

Quomodo, & quando Iudex sententiam proferre debet, præsentibus partibus, uel una parte absente.

Hic titulus, per se clarus est.

De sententijs ex periculo recipiendis.

Hic titulus corrupte legitur. Nā pro periculo, breuiculolegi debet: siquidem, hic tractatur, quomodo sententiæ ex scripto recitari debeant. Breuiculus uero, est uox diminutiua à breui, hoc est, ab schedula, scriptura, pictaceoq;.

De sententijs, & interlocutionibus Iudicum.

Hic titulus clarius est, quam ut ullā uerborum lucem desideret.

De sententia, quæ sine certa quantitate prolata est.

K iiii

## EXEGESES . TIT V.

Si in Libello quid certi petitur, & certa sententia ferenda est, si quid incerti petitur, iudex quoque curare debet, ut, quoad eius fieri potest, certam sententiā ferat. Inst. de actio. §. curare. Porro, aliquando non fieri potest, ut certa sententia feratur, ut aut in causa noxali, aut cum in genere quid pertinetur. Denique in Iudicis uniuersalib, ubi de hæreditate restituenda agitur, &c.

De sententijs, quæ pro eo, quod interest proferuntur, &c.

Interest, est aestimatio damni contingētis ex eo, quod quis facere debeat, atque omittit, uel quando facit, quod non debet, uel non dat, quod dare debet. Nam in hoc titulo differitur, quomodo sententiæ de interesse fieri debeant,

Si non a competente Iudice, iudicatum esse dicatur.

Sententia lata a non competenti, id est, suo Iudice, ipso Iure nullius momenti est.

De poena Iudicis, qui male iudicat, uel eius, qui Iudicem uel aduersariū corrumpere curauit.

Hic titulus planus est,

Sententiam

## LORVM CODICIS.

Sententiā rescindi non posse.

Et hic titulus planissimus existit.

Defructibus, & litium ex-  
pensis.

Quid h̄s tituli uerbis, apertius;

Dere iudicata,

Res iudicata dicitur, quæ finem pronū  
tiaūōe iudicis, qua quis, uel absoluītur, uel  
condēnatur accipit. In hoc ergo titulo Im-  
perator tractat, quomodo ex re iudicata a-  
ctio de re iudicata alicui cōpetat,

De executione rei iudicatae.

In hoc titulo Imperator disserit, quo pa-  
cto, sententiam, quæ in rem iudicatam abit,  
exequi possit. Exequi uero eam posse, ca-  
ptis pignoribus testatur, L. ordo, & L. si.  
infra eodem,

De usuris rei iudicatae.

Quas usuras is, qui rei iudicatae non fe-  
citsatis, præstare debet, hoc in titulo, Impe-  
rator disputat.

Si plures una sententia cōdem-  
nati sunt.

Hic titulus manifestus est per se.

K v

## EXESES TITV.

**Quibus, res iudicata non nocet.**

Sia sententia lata intra x. dierum deflu-  
xum, prouocatū non est, res iudicata dic-  
tur. Tum sententia, tam in Ciuili, q̄ criminis  
li causa inter alios lata, alijs nō officit, &c.

**Cōminationes, epistolas, pro-  
grammata, subscriptiones autho-  
ritatem rei iudicatæ non habere.**

In hoc titulo Imperator recenset ea, quæ  
authoritatem rei iudicatæ non habent, cu-  
iusmodi sunt, si quid minetur si per episo-  
lam quid decernat, si programmata, id est,  
publica edicta, publicas citationes suffigantur,  
si subscriptiones fiant a Iudice &c.

**Si ex falsis instrumentis, uel te-  
stibus, iudicatum sit.**

Sententia lata ex falsis instrumentis, ut  
falsis testibus, intra uiginti annorum spa-  
tium retractari potest, L. querelam, C. ad  
L. Corne. de fal.

**De confessis.**

Confessos pro iudicatis haberi, hic titu-  
lus tractat, L. unica, eodem.

**Res inter alios acta, alijs nō nocere**  
Hic titulus planus est.

**De relatio-**

## LORVM CODICIS.

### De Relationibus.

Relatio, est quando super causa aliqua,  
superior consulitur, & interrogatur.

### De appellationibus, & consul tationibus.

Hic titulus clarior est, quā, ut a me ullis  
uerbis illustrandus sit.

### De temporibus, & reparatio nibus appellationum, seu consul tationum.

Vnus annus appellationi prosequēdæ,  
datur, qui tamen, prout causa postularit,  
a iudice moderari, & aliquando biēnum,  
aliquando triennium, appellanti dari potē  
rit, hæc in titulo hoc tractantur.

### Quando prouocare non est necessæ.

Quid hoc titulo clarius?

### Quorum appellationes non re cipiuntur.

Nec qd obscuri in hoc titulo sit, video.

### Si pendente appellatione, mors interuenerit.

## EXEGESIS TIT V.

Quid hac in specie Iuris sit, hic tractatur.  
De his, qui per metum Iudicis,  
non appellauerunt.

Ethic titulus clarissimus est.  
**Si unus ex pluribus appellauerit.**  
Quid Iuris in hac specie sit, hoc in titulo  
traditur.  
**Si de momentanea possessione**  
fuerit appellatum.

In hoc titulo Imperator tractat quid Iuris,  
si de momentanea possessione, id est, iu-  
dicio possessorio appellatum sit: de momen-  
tanea possessione, uide Glo. L. si. Supradic-  
tis, qui legit. perso. &c,

**Ne liceat in una eademq; causa**  
certio prouocare, uel post duas sen-  
tentias Iudicium, quas diffinitio  
præfectorum roborauit, eas re-  
tractare.

Hic titulus apertus existit.

**Qui bonis cedere possunt.**  
Bonis cedere, uerbum Iuris est, & signi-  
ficat bona sua creditoribus improbe es alie-  
num a

## L ORVM CODICIS.

num a nobis contendentibus permettere.  
Iam in hoc titulo traditur, qd Iuris sit in bo-  
norum cessione, qui homines bonis cede-  
re possint.

De bonis authoritate Iudicis pos-  
sidendis, seu uenundandis, & de  
separationibus bonorum.

In hoc titulo tria tractantur, primum o-  
mnium, de bonis authoritate Iudicis pos-  
sidentis. Verbi gratia. Si debitor in Ius uo-  
catur, & non se listit iudicio, creditoribus  
datur copia petendi a iudice, ut in possessio-  
nem honorii debitoris immittantur. Dein  
de tractat de bonis uenundandis. Exempli  
gratia. Creditores, ubi in possessionem bo-  
norum debitoris imissi sunt, a iudice pete-  
re possunt, ut eis integrum sit bona debito-  
ris latitantis uendere. Postremo agit Imper-  
ator de separationibus bonorum. Verbi  
gratia. Creditores hæreditarij possunt a Iu-  
dice postulare, ut bona defuncti, a bonis  
hæredis separantur, & ex bonis defuncti,  
ipsis siat satis.

De priuilegio fisci.

Id est, rerum Imperialium.

De priuilegio dotis.

Hic titulus clarus est.

## EXEGESES TITV.

Dereuocādis his, quæ in frau-  
dem creditorum alienata sunt.  
Nec hic titulus, ut exponat opus habet

## LIBER VIII.

### De interdictis.

**I**nterdictæ erant formæ, atq; concep-  
tiones uerborum, quibus Prætor, aut iudic-  
bat aliquid fieri, aut fieri prohibebat, qd  
tunc maxime fiebat, cū de possessione, au-  
quasi possessione inter aliquos contendebat,  
batur, Instit. eo. tit. §. primo. Porro, illam  
uerborū solennitatē, hodie quidem subla-  
tam esse Imperator ostēdit in L. incerti lu-  
ris, infra eo. Cæterum, ad exemplū inter-  
dictorum, & hodie agi quoq; monstrat,

### Quorum bonorum.

Hoc interdictum proponitur gratia ad  
piscendi bona corporalia, & intenditur in  
eum, qui uel pro hærede, uel possessore po-  
sidet. Porro, pro hærede possidere, est se he-  
redem putare, cum nihil minus sit pro po-  
ssessore: possidere, est cum is, qui nullo lu-  
re, uel partem hæreditatis, uel hæreditate  
ex alle-

## LORVM CODICIS.

exasse, id est, in solidum ad se pertinere cō  
pertum habens, ramen possidet, Instit. de  
interdictis, §. adipiscendo, & §. p hærede,

### Quorum Legatorum.

Hoc interdictum cōpetit hæredi, iuxta  
bonorum possessori, & cuiilibet successori  
in solidum. Tum etiam hæredibus hæredū,  
& intentatur in legatarios, qui præter uolū  
tatem hæredis, legata occupauerunt.

### Vnde ui.

Hoc interdictum, est interdictum recu-  
perandæ possessionis, siquidem beneficio  
eius spoliatus, suam possessionem, ex qua  
extrusus fuerat, recuperat, Instit. de inter-  
dictis, §. recuperandæ.

### Si per uim, uel alio modo ab- sentis, perturbata sit possessio.

In hoc titulo Imperator tractat, quo pa-  
to extraneus, nimirum amicus, colonus,  
libertus, seruus, aliquam possessionem ab-  
sentis retinens, huiusmodi possessionē, uel  
sibi ablatam, uel quoquo modo turbatam  
recuperet, infra eo. L. prima.

### Vti possidetis.

Hoc interdicto, aliquis defendit in pos-  
sessione sua, in q̄ ei ab alio negotiū exhibet,

## EXEGESES TITV<sup>1</sup>

### De tabulis exhibendis.

Hoc interdicto aliquis consequitur, tabulæ testamenti exhibeantur, id est, ostendatur, in publicum proferantur.

### De liberis exhibendis, seu ducendis, & de libero homine exhibendo.

In hoc titu. tractatur duo interdicta, quorum unū, est de liberis exhibendis, seu ducendis. Alterum, de libero homine exhibendo, de quo tamen in hoc titulo, nulla Lex mentionem facit. Cæterum, interdum hoc ultimū locum habet, cum quis, dolo malo hominem liberet, & quidem in uitum retinet, L. prima, ff. de libe. homi.

### De precario, & Saluiano interdicto.

Precarium possidetur, quod precibus alicuius possidēdum datur, de quo, quid juris sit, hic tractatur. Porro, Saluianum interdictum cōpetit locatori fundi rustici, in colonum, & eius hæredem, & competit locatori ad adipiscendam possessionem eorum, quæ tacite ei obligata sunt cōtra colonū &c.

### De ædificijs priuatīs.

Quid Iun

## LORVM CODICIS.

Quid Iuris sit, in ædificijs priuatis, & edi-  
ficandis, & reficiendis, hic traditur.

### De operis noui nunciatione.

In hoc titulo Imperator tractat de nun-  
ciatione, & prohibitione operis noui. Et  
hæc nunciatio locū habet, cum quis in fun-  
do meo ædificare conatur.

### De ratiocinijs operum publico- rum, & de patribus ciuitatum.

Hic titulus per Legem unicam huius ti-  
tuli satis declaratur.

### De pignoribus, & hypothecis.

Pignoris appellatione, eā proprie rem  
contineri dicimus, quæ simul etiam tradi-  
tur creditorī, maxime si mobilis sit. At eā,  
quæ sine traditione, nuda conuentione te-  
netur, proprie hypothecæ appellatione cō-  
tineri dicimus, §. item Seruiana, Institut. de  
actionib. Iam de lure, tam pignoris, quam  
hypothecæ, hic agitur.

### In quibus causis pignus, uel hy- potheca, tacite contrahatur.

Hic titulus planus est.

Si aliena res pignori data sit.

Quid Iuris in hac specie sit, hic tractat.

L

## EXESES TITV.

Quæ res pignori obligari possunt, uel non, & qualiter pignus contrahatur.

Hic titulus apertus existit.

Qui potiores in pignore habeantur.

Hic istam regulam obserua, in pignoribus, qui prior est tempore, potior est iure, ut infra eo. L. si fundum.

De his, qui in priorum creditorum loco succedunt.

In hoc titulo Imperator tractat, quinā, si uniplures sint creditores, unus in locum alterius succedat.

Si antiquior creditor pignus uendiderit.

Quid in hac specie iuris sit, hic tractatur.

Si cōmunitas res pignori data.

Hic titulus clarus est.

De pretorio pignore, &c, ut in actionibus etiam debitorum missio pretorij pignoris procedat.

Pignoris

## LORVM CODICIS.

Pignoris prætorium sit permissione in possessionem ex primo Prætoris uel Iudicis decreto, L. non est mirum, §. sciendū, ff. de pig. act. Porro, illa permissio in possessionem hoc efficit, ut creditor in ea retenueat, & actionem hypothecariam obtineat, infra eodem. L. fi. Et hoc quidem in prima huius tituli parte, agitur. In secunda parte Imperator tractat, quod missio prætorij pignoris, etiam in actionibus, & nominib. quæ debitori cōgruunt, fieri queat.

Si in causa iudicati pignus caputum sit,

Quid in hac specie Iuris existat, hic titulus agitat.

Si pignus pignori datum sit.

Quid Iuris hac in specie sit, hic tractat.

De partu pignoris, et omni causa.

Vt actio hypothecaria, uel pignoratitia locū sibi arrogat in ancilla obligata, ita q̄q; in partu & omni causa seu accessione locū sibi uendicat.

De remissione pignoris.

In hoc titulo agitur, qui nam pignus remittatur, seu dissoluatur.

## EXEGESSES · TIT V

Etiam ob Chirographariā p̄cuniam pignus teneri posse.

In hoc titulo tractatur quomodo creditor rem sibi pignori oppositam distraheret, seu alienare, siue uendere possit.

Debitorem, uenditionem pignoris impedire non posse.

Debitor, neq; inter uiuos, neq; in ultima uoluntate potest impedire, quo minus creditor pignus, cuius uēdendi copia, uel ex Lege, uel ex pacto habet, uēdere possit.

Si uendito pignore agatur.

Quando creditor, cui est facta copia pignus uendendi, illud uēdiderit minore precio, atq; æquum est, ut debitor sibi cōsulat, hic tractatur.

De luitione pignoris.

In hoc titulo differitur, quo pacto luitur, seu liberetur pignus. Et luitur pignus, solutione, & satisfactione totius debiti, L. prima, infra eo. & L. ultima.

Si unus ex pluribus hæredib. creditoris uel debitoris, partem sui debiti soluerit, uel acceperit.

Quid in

## LORVM CODICIS.

Quid in hoc casu Iuris sit, hic tractatur.  
Si pignoris cōventionem, numeratio pecuniæ non secuta sit.  
Quid in hac specie Iuris sit, hic agitur.  
De Iure Domini impenetrando.

Quando creditor dominium in pignore acquirat, in hoc titulo tractatur.

## De pactis pignorum, & de Legi commissoria in pignoribus rescindenda.

In hoc tit. differitur de pactis, quæ in pignore obligatiōibus interponi solēt. Dicserit et de Legi cōmissoria quā Imperator in pignoribus, nihil iuris habere uult. Est autem Lex cōmissoria, Verbi gratia. Vendo tibi domum ea lege, atq; conditione, ut si intra ferias Michaelis preciū non numeraris, domus inempta existat, L. ij. ff. de L. cōmiso. hæc Lex cōmissoria hic rescidiit.

## De exceptionibus, & præscriptionibus.

Quid in hoc titulo tractatur, ex uerbis eius, liquido coniicitur.

## EXEGES. TIT V.

### De Litigiosis.

Res litigiosa dicitur, res tā mobilis, quā immobilis, de qua adhuc litigat. Quid utero Iuris sit in re litigiosa, in hoc titulo conperies.

### Decontrahenda & committenda stipulatione.

Stipulatio, est uerborum cōceptio, quibus is, qui interrogatur datur, facturum se, id quod interrogatus est spōdet. L. quinta, §. Stipulatio, ff. eodem. Iam in hoc titulo differitur, quibus uerbis, & contrahendenda & committatur stipulatio.

### De inutilibus stipulatiōibus.

Quid titulo hoc clarius esse posset?

### Duobus reis, stipulandi, & promittendi.

Reus stipulandi, is dicitur, qui stipulat, id est, interrogat: & reus promittendi, is, qui promittit, L. prima, ff. eodem. At obligatio duorum reorū constituitur, stipulatione, emptione, locatione, uenditione, conductione, deposito cōmodato testamento. &c. Hæc obligatio hoc efficit, ut cum a duò eandem pecuniam pollicentur, aut stipulati

## LORVM CODICIS.

pulati sunt ipso Iure singulis insolidum de-  
beatur, & singuli debeant, &c.

## De Fideiussoribus, & manda- toribus.

Fideiussor in præsenti titulo accipit pro  
eo, q̄ intercedente stipulatione, se pro alio  
obstringit, ita tamen, ut is pro quo fideiussor  
se obstringit, obstrictus quoq̄ maneat.  
Porro, mandatoris dicitur, qui aliquid ali  
cui mandat, & is solo consensu obligatur.

## Denouatiōibus, & delegationib.

Nouatio est prioris debiti in aliam obli-  
gationem, aut naturalem, aut ciuilem trans-  
fusio. Exempli gratia. Vendidi Petro equū  
triginta aureis, & Petrus emptor precibus  
agit, quo liceat sibi illos trigita ex mutuo ha-  
bere, hac ratione, ut prior conuentio peri-  
matur, &c. Hac specie obligatio exempto  
in obligationem ex mutuo transfunditur.  
Cæterum, delegatio est, quando meo loco,  
alium reum uel creditor i do, uel ei, cui cre-  
ditor iusserit. Ex his titulus sat̄is manifestus,  
ut opinor, existit.

## Desolutionib. & liberationibus.

Quid hoc titulo manifestius?

L. iiiii

## EXEGESES TITV.

### De acceptilationibus.

Acceptilatio est imaginaria solutio, ut de Instit. quibus modis tollitur obliga. est autem acceptilatio.

### De euictionibus.

Euictio, est aut rei emptae, aut alia ex honesta causa accepte. Iudicis decreto interposito, abductio uel amissio, L. euicta, §. primo, ff. eo. Verbi gratia. Emo mihi ast te tunicam, haec non ita multo post, alteri sententia Iudicis adiudicatur, & euincitur. Tu qui mihi tunicam uendidisti, de euictione obstringeris.

### Creditorem, euictionē pignoris non debere.

Creditor, si rem sibi pignori oppositam, aut ex pacto, aut alia quapiam causa re euicta, uendit, de euictione non obligatur. Et hoc uero consentaneum est, nisi euictione promittat, L. prima, infra eodem.

### De patria potestate.

Hic titulus satis manifestus est.

### De adoptionibus.

Vide hunc titulum expositum in Instit. eodem titulo.

De emendi-

LORVM CODICIS.  
De emancipationibus libe-  
rorum.

Emancipatio est manus traditio, & quæ  
dam similitudo uenditionis existit, quia &  
in emancipationibus præter illum, hoc est,  
certum patrem, aliis pater adhibetur, qui  
fidutiarius nominatur. Ergo, iste naturalis  
pater, filium suū fidutiario mancipat, hoc  
est, manu tradit, quo fidutiario patre, natu-  
ralis pater unum, aut duos nummos quasi  
in similitudinem precij accipit, & iterum,  
cum acceptis nummis fidutiario patri tra-  
dit, hoc secundo & tertio fit, cum fidutia-  
rio patri mancipat, ac tradit, et sic de patris  
potestate exit, quæ tamen emancipatio so-  
lebat ante præsidem fieri, modo ante curiā  
facienda est, ubi quinq̄ testes ciues Roma-  
ni in præsenti erunt, & pro illo, qui libri-  
pens appellatur, id est, stateram tenēs, et q̄  
antestatus appellatur, alij duo, ut septem te-  
stium numerus impleatur. Hęc, quo hicti-  
tulus rectius intelligeretur, ex lib. priore In-  
stitutionum Caij Iurisconsulti adscripsi.

De ingratis liberis.

Filius manumissus ob ingratitudinē no-  
tabilem, in patriam potestatem reuocari po-  
test, L. prima, eo. titulo.

L v

EXEGESES TITV  
De captiuis, & postliminio re  
uersis, & ab hostibus re  
demptis.

Hic titulus apertus est satis.

De infantibus expositis, libe  
ris, & seruis, & de his qui sangu  
nolentos nutriendos suscepere  
runt.

Quid Iuris sit, cum liberis expositis, aut  
qui sanguinolentos, id est, expositos, nu  
triendos suscipiunt, in hoc titulo differunt.

Quæ sit longa consuetudo.

Hic titulus clarior est, quam ut expo  
nendus sit.

Dedonationibus.

Nec est, quod hoc in titulo, aliquid ut  
borum faciamus.

De donationib. quæ sub mo  
do uel conditione, uel certo tem  
pore conficiuntur.

In hoc tit. differitur de donationib. que  
fiunt sub modo. Verbi gratia. Do tibi du  
centos aureos, ut quotidie Græca profice  
ris : quæ fiunt sub conditione, ut dono te  
uiginti

## LORVM CODICIS.

viginti aureis , si mihi hunc librum effectū reddideris. Differit & de donationibus, quæ siunt ex certo tempore, do tibi centū ducatos, quos & me ad ferias Paschales si de plusquam Attica, accipies.

### De reuocandis donationibus.

Hic titulus clarus existit.

### De donationib . causa mortis.

De his donationibus, uide Instit. de do-  
nat. in principio, in §, in sum.

### De infirmandis pœnis cœliba- tus, & orbitatis, & deci- marijs sublatis.

Quondam ei , qui cœlebs uiuere uole-  
bat, causa mortis donari poterat nihil , id  
hodie corrigitur . Sub hoc decima pars eo-  
rū, quæ a coniuge relinquebantur , quon-  
dam ei , qui sine liberis , & sic orbus erat, de-  
trahebatur , & fisco inferebat , id quod etā  
hodie corrigitur.

### De iure liberorum.

Olim, si uel pater uel mater filio emanci-  
pat o succedere uolebat, & principe impetrā-  
dum erat. At hodie citra principis impetra-  
tionem, tam pater, quam mater succedit.

EXESES TITV.  
LIBER IX.

De his, qui accusare non possunt.

Hic titulus manifestus existit.

De accusationibus, & inscriptionibus.

Hic titulus clarus quoque est, hoc unum monere iuuenem uolo, inscribere nihil esse aliud, quam se obstringere ad eam pœna, quam reus subire deberet, si actor superior in causa euasisset.

De exhibendis, & transmittendis reis.

In hoc titulo Imperator disserit, quo patto, rei exhibendi, id est, iudicio sistendi sint. Exhibendi uero sunt rei, si Iudex id decreuerit. Tum disserit de reis transmittendis, si licet, aut ad Iudicem eorum, aut locum, ubi crimen designarunt.

De custodia reorum.

Hoc titulo, quid clarius esse posset.  
De priuatis

# LORVM CODICIS.

De priuatis carceribus inhibendis.

Nemini copia est, priuatum carcerem habere, præter magistratum.

Si reus uel accusator mortuus fuerit.

In hoc titulo tractatur, an ab obitu uel rei, uel actoris, hæredes obstringantur. Et sere dici solet, quod regulariter non, si modo criminalis aliqua actio intentata sit, uide L, primam & secundam eo. titulo.

Si quis Imperatori male dixerit.

Et hoc quidem animo iniuriādi, ad Imperatorem remittendus est, ut in L, unica, eodem titulo.

Ad Legem Iuliam maiestatis.

Hic Imperator tractat, qua poena multādi sunt hi, qui crimen læsæ maiestatis commiserunt. Porro, crimen læsæ maiestatis est, quando aliquid, uel contra Imperatorem, uel Rempublicam molitur homines, Institut. de publicis Iudi. §. publica iudicia.

EXEGESES TITV  
Ad Legem Iuliā de adulterij<sup>s</sup>,  
& stupro.

Hic titulus satis manifestus est.

Si quis eam, cuius tutor fuerit,  
corruperit.

Qua pœna is adficiēdus sit, hic dissentit.  
De mulieribus, quæ se p̄prijs  
seruis iunxerint.

Qua pœna, tam mulieres, quam serui,  
multari debeant, hoc in titulo tractatur.

Ad Legem Iuliam de ui publica,  
& priuata.

Hac Lege punitur uis publica, id est,  
quæ sit armis, punit & priuata, quæ absq;  
armis sit.

De raptu uirginum, seu uidua  
rum, necnon sanctimonialium.

Qua pœna torquendus sit is, qui hone  
stam mulierem rapiat, hic traditur.

De emēdatione seruorum.

Hic titulus clarus existit.

De emēdatione propinquorū.  
Nec hic

## LORVM CODICIS:

Nec hic titulus ullam lucem desiderat,

## Ad Legem Corneliam, de

### Sicarijs.

Hac Lege homicidæ puniuntur, q̄ sīca,  
id est, cultro ferreo hominem interficiunt,  
Institut. de publicis Iudi. §. sicarij.

## De his, qui parētes uel liberos occiderunt.

Titulus planissimus est.

## De maleficijs, et mathematicis.

Malefici in præsenti titulo dicuntur, quā  
malis artibus homines extinguunt. Mathe  
matici uero, hi damnantur, non qui hone  
stissima Mathematum studia docēt, sed quā  
diuinationibus, & aruspīcīnīs homines lu  
dificantur.

## De sepulchro uiolato.

Qua pœna Sepulchri uiolatores adfici  
debeant, hic differitur.

## Ad Legem Fauiam, de pla

### giarijs.

Hac Lege puniuntur plagiarij, id est, q̄  
seruos persuadent, ut à dominis fugiat, qui  
hominem, quem sciunt esse liberū, emunt,

## EXEGESES TITV<sup>o</sup>

uendantq; aut pro seruo teneant. Itē, qui liberum emūt, uenduntq;. Item, quis seruamq;, aut inuito, aut insciēte domino, celant, uinctum habent &c.

### Ad Legem Corneliam de falsis.

Hac Lege punitur qui falsum quid committit, ut qui testamentum uel aliud instrumentum falsum scripscerit, signauerit, recrauerit, subiecerit, uel signum adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit, sciēs dolo ma-

lo, Instit. de publi. indi. §. Itē Lex Cornel.

### De his, qui sibi adscribūt in te- stamento.

Is, qui aliquid commodi ex testamento sibi adscribit, in Legem Corneliam, defalatis peccat, ut in hoc titulo uidere licet. Ad dī uero, quibus modis, quis excusari queat à Lege Cornelia.

### De falsa moneta.

Qua poena adficiēdus sit is, qui falfam monetam, aut excussit, aut excudi curauit, aut consilium ut ea excuderetur dedit, in hoc titulo dicitur.

### De mutatione nominis.

Mutationem

# LORVM CODICIS.

## De mutatione nominis.

Mutationem nominis fraudulētam prohibitam esse, hic tractatur.

## Ad Legem Iuliam, de ambitu.

In hoc titulo prohibetur, ne quis honorem, quo semel functus est, ambiat, pœnā daturus, si id faciat.

## Ad Legem Iuliam repetundarum.

Hac Legē puniuntur ḥ, qui cum forent magistratus, prouincialibus, aut ui, aut do lo eripuerunt pecunias, aut uasa preciosa, uestem, frumentum, nummos, quorum omnium reus agitur a Cicerone, Verres ille Siciliæ prouinciæ depopulator.

## De crimine peculatus.

Huius criminis obnoxii sunt, qui publicam pecuniam, uel rem sacram, uel religiosam furati fuerint, Institut. de publicis iudic. §. item Lex Iulia.

## De crimine sacrilegij.

Hic titulus clarus est.

## De seditiosis, & his qui plebē contra Rempub. audēt colligere.

Et hic titulus sati planus existit.

M

## EXESES TIT.V

Quando ciuilis actio criminis  
li præiudicet, & an utraq; ab  
eodem exerceri potest.

Actio ciuilis, est quando quis inciui-  
ter, & non ad poenam, & vindictam, agit.  
Actio criminalis dicitur, quādo quis de cri-  
mine ad poenam & vindictā in iudicio ex-  
peritur. Porro, quando actio ciuilis crimi-  
nali præiudicet, uide in L. unica, infra eo.

De crimine expilatæ hære-  
ditatis.

Huic criminis obnoxius est is, qui alienā  
hæreditatem expilat, idest, extenuat, dum  
uel hæreditas nondum est adita, uel dū res  
ab hærede non adpræhensæ sunt, L. secun-  
da, ff. eodem.

Vrbanorum raptorum.

Hunc titulum in Institut. eodem titulo,  
expositum uide.

De crimine stellionatus.

Huius criminis reus agendus est is, qui  
sibi in aliqua re non constat, & mendacia  
aperta profert. Porro, hæc accusatio locū  
sibi uēdicat, quādo nulla alia accusatio, qua-  
eū qui deliquit, premamus, nobis in prō-  
ptu est.

Deiniuris

# LORVM CODICIS.

## De iniurijs.

Hic titulus manifestior est, quam uteno  
dandus existat.

## De famosis libellis.

Nec hic titulus ullam interpretationem  
requirit.

## De abigeis peculiariorum.

Abigei dicuntur animalium fures, latrunculicq;  
author Vall.lib. vi. cap. CCC XXXIII.

## De Nili aggeribus non rum- pendis.

Qua poena, aggerum Nili ruptores mul-  
tar debeat, in hoc titulo differitur.

## De his, qui latrones, uel alijs criminibus reos, occultauerint.

Hic titulus planissimus est.

## De requirendis reis.

In hoc titulo tractatur, quo pacto refe-  
quirendi, id est, quærendi sint.

## De quæstionibus.

Quæstiones dicuntur cum crimina per  
tortmenta inquiruntur, quando uero, & q  
homines, per quæstiones ingrediuntur, in  
hoc titulo agitatur.

## EXESES TITV.

### De abolitionibus.

Abolitio est accusationis institutæ per  
petio, quando uero hæc concedatur, & ad  
concedi possit, in hoc titulo differitur.

### De generali abolitione.

Generalis abolitio dicitur, qua omnes  
accusationes simul abolen̄t, quæ a solo prin-  
cipe impertitur, & indulgetur, a qua facta,  
quando accusatio renouari queat, in hoc ti-  
tulo comperies.

### Vt intra certum tempus crimi- nalis quæstio terminetur.

Quæstio criminalis, id est, quando de  
crimine ad pœnam & vindictam agitur in-  
tra biennium, simul ac lis contestata est, ab  
soluenda est, L. fi. infra eodem.

### Ad Senatusconsultum Tur- pilianum.

Hoc Senatusconsultum, locum sibi uen-  
dicat, quando quis accusationē publici cri-  
minis, causa iam instructa deserit, L. prima  
infra eodem.

### De calumniatoribus.

Hic titulus manifestior est, quam ut meam  
operam desideret.

De pœnis

## LORVM CODCIS.

### De poenis.

Nec hic titulus a me, quoniam apertus  
est, ulla interpretatione indiget.

Ne sine iussu principis, certis  
iudicibus liceat confiscare.

Quid hoc titulo clarius esse possit, non  
video.

### De bonis proscriptorum, seu damnatorum.

Ethunc titulū, quia intellectu facillimus  
est, & me præteritur.

### De bonis eorum, qui mortem sibi concuerunt.

Stupidus est, q̄ hunc titulū nō intelligit.

### De sententiam passis, & re stitutis.

Quid juris in his hominum gene  
ribus existat, in hoc titu  
lo tractatur.

Finis libri noni.

M iii

EXEGESES TITV.

LIBER X.

De Iure fisci.

**D**E hoc titulo, eodē titulo diximus.  
E conueniendis Fisci debitis  
toribus.

Hic titulus satis nulli non expositus, &  
obuius existit.

De fide instrumentorum, & iu-  
re hastæ fiscalis, & de adiectionib.

In hoc titulo Imperator tractat de instru-  
mentis, quæ in contractu rerum fiscalium  
facta sunt. Tum de iure hastæ, id est, uendi-  
tionis rerum fiscalium, quæ hasta in foro po-  
sita fiebat, cuius rei memor est Cicero etiā  
libro officiorum secundo. Porro, in titulo  
est de adiectionibus, ubi de addictionibus  
legi debet, siquidem agitur de re additionis  
diem certum. Addicere uero, est licitanum  
auferendam permittere, id quod dicimus  
alioqui de re aliqua emenda deliberare.

De uēditione rerum fiscalium,  
cum priuato communi.

In hoc titu-

## LORVM CODICIS.

In hoc titulo differitur, qui nam res fisco & priuato cōmuniſ uenundari debeat. Et hac in uenditione, fiscus primas obtinet, ut in L. unica, infra eodem.

Ne fiscus rem quam uendidit,  
euincat.

Hic titulus satis clarus est.

De his, qui ex publicis rationibus, mutuā pecunia acceperunt.

In hoc titulo tractatur, quid Iuris cū hoc hominum genere, quod a fisco pecuniam mutuam accepit.

Poenis fiscalibus creditores pre  
ferri.

Hic differitur quod creditores ex causa onerosa fisco anteponuntur. Verbi gratia. Petrus ob delictū fisco obstringitur, et idē alij ex causa maxima obstrictus est, hi certe fisco præualent.

De fiscalibus usuris.

Id est, de usuris, quae fisco debet, & usuris, quas fiscus ipse alij debet.

De sententijs aduersus fiscum  
latis, retractandis.

Hic titulus per se liquet.

## EXEGESES TITV.

### De bonis uacantibus, & in corporatione.

In hoc titulo differitur, quod bona descendens ab intestato morientis, non relicto cognato, uel usq; ad decimum gradū, si agnatos consideres: uel usq; ad sextū, uel ad septimum gradū, si cognatos respicias, ad fiscum recidunt, & hæc bona uacantia appellantur.

### De delatoribus.

Delatores, in præsenti titulo dicuntur, qui bona, quæ confiscanda sunt, deferrunt, & denunciant, de qua uoce uide Plutarchum in Solone.

### De petitis honorum sublatiſ, constitutio Gregoriana.

In hoc titulo tractatur, quod bona fisco illata, nemini, ut olim constitutum erat, concedi debeant.

### De his, qui se deferunt.

Id est, sua bona fisco, & fisci procuratores denunciant.

### Si liberalitatis Imperialis so- cius sine hærede deceperit.

Si Imperator

## LORVM CODICIS.

Si Imperator aliquid duobus ex libera-  
litate quadam impetrerit, uno uita functo,  
nec relicto filio, id quicquid est, qđ ab Im-  
peratore acceperunt, ad solum supersti-  
tem recidit.

### De thesauris.

Hic titulus clarus est.

### De annonis, & tributis.

In hoc titulo differitur de annonis, &  
tributis, quæ Cæsari penduntur. Anno-  
na est prouentus omnipium rerum totius an-  
ni. Tributum auro & argento uertitur.

### De Indictionibus.

Asconius Pedianus quondam tria ge-  
nera pensitationum suisse scribit, Canonem,  
Oblationem, & Indictionem, quæ tria ge-  
nera Cicero in tertia Verrina his uerbis cō-  
plexus est. Sic enim inquit, de Sicilia lo-  
quens, quando illa frumentum quod de-  
beret, ad diem non dedit. Ecce Canonem:  
quando id quod opus esse putaret, non ul-  
tro pollicita est, ecce oblationem: quādo  
id quod imperaretur recusauit, ecce Indi-  
ctionem: hæc ille. Porro, indictione appella-  
ta est, quod anniuersarijs diplomatis indi-  
citur. Cæterum Budeus, Indictione inquit,  
est, quam taleam uocamus, antiqui colla-

## EXEGESES TITV

tionem uocabant. Cicero etiam collectam  
dicit, Græci ἐργατοὶ appellant, & symbolū.

### De superindicto.

Id est, accessione, ultra inductionē facta.

### De exactoribus tributorum.

Hic titulus manifestus est.

### De superexactoribus.

Et hic titulus planus existit.

### De capiendis, & distrahendis pignoribus tributorum causa.

Et hunc titulum, quando satis apertus  
est, prætero.

### De Apochis publicis, & de de scriptionibus Curialium, & de distributionibus ciuilibus.

Quid Apochæ sint, diximus supra in  
tulo de fide instrumētorum : quid uero Cu  
riales sint, etiā supra & me satis superq; osi  
sum est.

### De Canone largitionum titu lorum.

Id est, de largitionibus prouincialibus,  
quæ fisco præstantur.

Ne operæ

# LORVM CODICIS.

Ne operæ a collatoribus exigitur.

Ex L. unica huius tituli, quid sibi titulus uelit, facile intelligitur.

De immunitate nemine concedenda.

Nemo immunis, uel a tributis pendens, uel ab alijs muneribus subeundis esse debet.

De cōditis in publicis horreis.

Hic titulus liquet.

Vt nemini liceat in emptionē specierū, se excusare, de muneris siconiæ.

In hoc titulo Imperator tractat, nemini licere se excusare ab emptione specierum, id est, frumentorum, hordeorum &c. qui bus urgente necessitate utendum sit. Porro, pro siconiæ, Alciatus legendum esse docet sitocomiæ. Est uero sitocomia nomen magistratus, qui frumenta, & annonam curabat, ἡ τοιστοῦ, id est, frumentum, & κουρέα, id est, curare.

## EXESES TITV

### De collatione donatorum, vel releuatorum, aut translatorū, seu adæratorum.

Sub Imperio Antiochi Imperatoris, quod  
dam prædia releuata erant à Canone : alia  
erant donata immunitate, ut nihil pende-  
rent. Alia trāslata in aliū fortassis, qđ prior  
nihil solueret. Alia etiā fuisse adērata, id est,  
ære æstimata, hoc est, quod a frumentaria,  
aut uinaria, speciariaq; præstatione ad æra-  
riam, id est, pecuniariam redacta erant. Ca-  
terum, Antiochus statuit, ut id generis præ-  
dia, aliquid certi, & pro præterito & futuro  
luerent, id quod Imperator in L. unica ap-  
probat, nullo priuilegio reluctante.

### De collatione æris.

In hoc tit. Impera. decernit, ut p uiginti  
libris æris, unus auri solidus aureus pēda.

### De discussoribus.

Id est, inquisitoribus, & æstimatoribus  
facultatum hominum.

### De Decurionibus, & filijs eorū, qui decuriones habētur, et quib. modis a fortuna curiæ liberētur.

Valla

## LORVM CODICIS.

Valla, libro Elegantiarum sexto, In municipj autem, inquit, ut mihi quidem videatur, idem est Decurio, qui Romæ Senator. Nam qui in Senatu & consiljjs Reipublicæ municipalis esse poterat, Decuriones erat; hæc ille. De his ergo in hoc titulo dicitur.

Si seruus aut libertus ad Decurionatum aspirauerit.

Quid in casu fieri debeat, hic differitur.

De prædijs Decurionum sine decreto non alienandis.  
Hic titulus manifestus est.

Quando, & quib. quarta pars debetur ex bonis Decurionū,  
& de modo distributionis

eorum.

Hic titulus quoq; apertus satis existit.

De imponenda lucratiuā de  
scriptione.

In hoc titulo Imperator differit de onere descriptionis, id est prestationis quatuor siliquarum, quæ imponitur, cum Curialis rem soli lucratiuo titulo, uel tradidit, uel re-

## EXEGESSES TIT.V.

liquit ei, qui non eiusdem loci ordinis est  
in eadem ciuitate.

### De præbendo salario.

Cui salaryum præbendum sit, ex Iurib. Rei  
pub. hic dicitur.

### Si Curialis, relicta ciuitate, rus habitare uoluerit.

Quid hac in specie fieri debeat, hic docet.

### De municipibus, & originarijs.

De municipibus, supra in libro primo,  
multa diximus.

### De incolis, & ubi quis domid lium habere uidetur, & de his, qui studiorum causa, in aliena ciuitate degunt.

Hic titulus satis liquet.

### De muneribus, & honoribus non continuādis inter patrem & filium, & de interuallis.

Hoc titulo, nihil apertius esse posset.

### De muneribus patrimoniorū.

Id est, de officijs, quæ subeūda sunt pro  
pter patri

## LORVM CODICIS.

pter patrimonia & possessiones, quæ quis  
alicubi habet.

### Quemadmodum Ciulia Iura indicantur.

Hic titulus liquet.

De his, qui sponte publica  
munera subeunt.

De his, qui a principe uacatio-  
nem acceperunt.

De uacatione publici muneris.  
Hi tituli tres, clariores sunt, quam ut a me  
illustrandi sint.

De decretis Decurionum sup  
immunitate concedenda.

Quibus personis Decuriones immunitatem  
præstare possint, in hoc titulo ostenditur.

De excusationibus munierum.

Quibus ex causis se quis a munieribus, &  
officijs publicis excusare possit, hic tradit.

De quibus munieribus, uel presta-  
tionib. nemini liceat se excusare.

Qui ætate, uel professione se excusant.

## EXESES TITV

Qui morbo se excusant.  
De his, qui numero liberorum  
uel paupertate, excusationem  
meruerunt.

De professoribus, & medicis.

Deathletis.

Hic tituli ordine collocati, per se satis gdu-  
lunt, ut nihil dicam, ostendunt.

De his, qui non impletis stipendijs, sacramento soluti sunt.

In hoc titulo differitur quando, & a quibus  
muneribus milites non in expeditione de-  
gentes, necdum stipendijs impletis, exau-  
torati excusantur.

Quibus muneribus excusan-  
tur hi, &c.

Hic titulus satis manifestus est.

De libertinis.

Libertini, a munib[us] excusantur.

De infamibus.

In hoc titulo de iure infamiū dicitur, siqui  
de iij, neq[ue] a Curialib[us], neq[ue] Ciuilibus, neq[ue]  
alij[m] munc

## LORVM CODICIS,

alij s muneribus uacationem habent. Quā  
do ita iure cautum est, quod uel pœna, uel  
delictum nulli immunitatem impertiat, L.  
relegator. §. pri. ff. de interdict. & relega.

### De reis postulatis.

In hoc titulo habes, quod reus, hoc est,  
de aliquo crimine postulatus, si se non pur-  
get, ad honoris fastigiū ascendere nequeat.

### De his, qui in exilium dati, uel ab ordine moti sunt.

An illi a muneribus immunes sint, in  
hoc titulo tractatur.

### De filijs familias, & quēadmo- dum pro his pater teneatur.

Hic titulus, ex suis uerbis intelligi potest.

### De periculo successorū parētis.

Hoc est hæredum, qui parenti succedunt,  
Verbi gratia. Si patre uiuo, filius aliq̄ mu-  
nere fungatur, tunc tam pater, quam hære-  
des eius obstringuntur, ut in L. unica, hic  
decernitur.

### De mulieribus, in quo loco mu- nera sexui congruentia, uel ho- nores agnoscant.

Hic titulus satis liquet.

## EXEGESES TIT V

### Delegationibus.

A quibus muneribus legatus immunis sit  
in hoc titulo differitur.

De excusationibus artificum.  
Scilicet, a muneribus personalibus.

### Depotioribus ad munera no- minandis.

Quid hoc titulo apertius esse possit?  
Si propter iniurias creatio-  
facta sit.

Ad munus scilicet aliquod, appellatione-  
cus esse potest.

### De sumptuum recuperatione.

Si quis ad munus electus, habet quo se  
excusat, sumptus quos in item fecit, ab eo,  
qui eum elegit, recuperare potest.

### Si post creationem quis de- cesserit.

Onus obeundi honores ad heredes non  
transfunditur.

De tabularijs, scribis, locogra-  
phis, & censualibus.

Tabularij, tabelliones alioqui dicuntur: lo-  
graphi.

## LORVM CODICIS.

gographi, qui libros rationū scribebat, dī  
cabantur: uel, ut Amonius author est, qui  
acta iudicaria scribūt. Censuales vero dici  
videntur, censum, & redditū scribæ.

## De susceptoribus, & præposi- tis, & archarijs.

Susceptores sunt ἀποστόλαι, qui & ἀπο-  
κτῆρες dicuntur, & ταμίαι ab antiquis coa-  
dores appellantur: ἀγωνολόγοι, id est, ar-  
genti exactores: præpositi, qui præsunt su-  
sceptoribus: arcarij, qui præsunt arcæ rerū  
publicarum.

## De ponderatoribus, & auri illatione.

In hoc titulo differitur, quod aurū fisco  
inserendū, primo omniū pōderari debeat.

## De auri publici persecutorib. Persecutores, sunt q̄ Græce ἐκάκται dicuntur, quorum munus est iudicio expe- riri contra eos, qui aurum, uel pecuniam, uel argentum Reipub. debent, ita Budeus, ne quem sua gloria fraudem, exponit.

## De his, quæ ex publica colla- latione illata sunt, nō usurpādis.

## EXEGESIS TITV

In hoc titulo Imperator prohibet usum  
pationem rerum ad Rempublicam perti-  
nentium.

### De auro coronario.

Aurum coronarium hoc erat, quod ci-  
uitates, & oppida novis Imperatoribus of-  
ferebant, sub coronarum specie, sepe ab o-  
ptimo quoque principi Italiæ ac prouinciis  
condonatum, vide Aelium Spartanum in  
Adriano.

### De Irenarchis.

Eρωάρχοι dicuntur, qui disciplinæ publicæ  
& corrigendis moribus præficiuntur, ἐπί-  
της εἰρήνης, id est, pace, & ἀρχός, dicitur prin-  
cipem, seu præfectum sonat.

### De argenti pretio, quod the- sauris infertur.

In hoc titulo Imperator decernit, quo  
pacto argentum pro auro dari possit.

Nō statuit, ut decem aurei pro  
una argenti libra dentur,  
L unica, infra eodem.

Finis libri Decimi.

Liber XI.

LORVM CODICIS.

# LIBER XI.

De nauicularijs, seu naucleris, publicas species transportatibus. Et de tollenda lustralis auricollatione

In hoc titulo Imperator tractat quid Iuris sit, cum naucleris, qui publicas species, id est, species fisci transportant, vel Româ, vel ad curiam Cæsarî. Porro, de tollenda lustralis auri, id est, quod opinor, singulis lustris datum est, collatione in Legibus nihil reperio.

De prædijs, & omnibus rebus nauiculariorum.

Hic titulus exegesi non indigeret.

De nauibus non excusandis. Nimirum ab oneribus ferendi res quibus Reipub. subuenitur.

Ne quid oneri publico imponatur.

Quid hoc titulo clarius.

N iii

EXEGESIS TITV

De naufragijs.

Quid Iuris cum naufragijs sit, hoc in titulo dicitur.

De metallarijs, & metallis, & procuratorib. metallorum.

Metallarij, qui metalla e terræ uiscerib. effodiunt, dicuntur: procuratores, qui & metalla exigunt, & adseruant.

De murilegulis, & gyneciarijs, & procuratoribus gynecij, & de monetarijs, & bastagarijs.

Murileguli dicuntur, qui legunt murices, pisces, qui in medijs faucibus habent purpurę florem tingendis expetitum uestibus, Plin. author lib. IX. cap. XXXVI. Gyneciarij, opinor, erant, qui mulierum uestes tingebant, aurabantq; dicti ἀντρίγυακος, id, est a foemina. Monetarij dicuntur quoq; q; textrini quodā officio funguntur. Bastangarij fortassis ī fuerunt, qui uestes ad tinturam ferebant, referebantq;. θεσάζω enim fero significat.

De uestibus oloberis, & auratis, & de intinctione sacri muricijs.

Bartholus

## LORVM CODICIS.

Bartholus legit de olobaris uestibus, id est, uestibus ob aurum intextum grauibus. Et hanc lectionē nec Alciatus damnat. Porro, quod dicitur de intinctione sacrī mūtis, ideo dicitur, quod murice tincta uestis insigne erat Imperatorum, ut testatur Lampridius in Alexandro.

### De fabricensibus.

Fabricenses opinor dicuntur, qui faciunt publica arma, & publicas machinas.

### De ueteris numismatis potestate.

Hic titulus liquet.

Nulli licere in frenis, & equestribus sellis, & in balthis margaritas, & smaragdos, & hyacinthos aptare, & de artificibus Palatinis.

Ethic titulus facile intelligi poterit.

### De classicis.

Id est, de hominibus destinatis ad classes, id est, naues ducentas.

### De Curialibus urbis Romæ.

Curiales dicuntur eiusdem curie homines.

### De priuilegio corporatorum

urbis Romæ.

N 1111

## EXEGESSES TITV.

Id est, incolarum & ciuium urbis Romæ.

### De pistoribus.

Hic titulus facilior est, q̄ ut exponēdus sit.

De suarijs, & susceptoribus ui-

ni, & cæteris corporatis.

Suarij, id est, suum & porcorum uendito-

res. Susceptores, i, coactores uini, &c.  
De collegiatis, & chartopatris,

& nummularijs.

In hoc titulo tractat de collegiatis .i. eiusdem  
collegij & sortis hoībus: & de chartopatris  
sic em in tit, legendū est. i. chartarę & papy-  
riuendoribus, χαρται em chartā sonat, &  
παπύρων uēdo, nūc papyropole uocant.

De studijs liberalib. urbis Ro-  
mæ, & Constantinopolitanæ.

Hic titulus clarus est,

De honoratorum uehiculis.

Id est, uehiculis uirorū honoribus insigni-  
ter excellentium.

De priuilegijs urbis Constan-  
tinopolitanæ.

Hic titulus clarus est.

De metro

# LORVM CODICIS.

## De metropoli Beryto.

Berytus metropolitana urbs est, cuius Dia  
nyssius meminit.

Νέα τύροις ὀρυγίκη, Βηρύτος τὸν ἐραυνήν.

## De Canone frumentario urbis

Romæ.

Id est, annua pensitatione frumentaria ur  
bis Romæ.

## Defrumento urbis Constanti

nopolitanæ.

Hic titulus clarissimus est.

## De annonis Ciuibus.

Id est, a ciuibus præstandis.

## De mendicantibus ualidis.

Qui mendicant, tolerandi non sunt.

## De nautis Tyberinis.

Id est, de nautis in Tyberi uersantibus.

## Defrumento Alexandrino.

Hic titulus per se satis constat.

## De Alexandriæ primatibus.

De priuilegijs primatū Alexandriæ, in hoc  
titulo differitur.

## EXEGESSES TITV

De iure Reipublicæ.

Hic titulus satis patet.

De administratione rerum  
publicarum.

Nec hic titulus lucem desiderat.

De uendendis rebus ciuitatis.  
Ethic titulus notissimus existit.

De debitoribus ciuitatum.

Hic titulus illustrior est, quam ut ullam uer  
borum lumen requirat.

De periculo nominatorum.

In hoc titulo Imperator agit, quid pericu  
li, qui ad fauorem aliquem nominatus est,  
immineat.

De periculo eorum, qui pro ma  
gistratibus interuenerunt.

Id est, de periculo eorum, qui interce  
dunt pro ihs, qui honoribus ornantur.

Quo quisq; ordine conueniatur,

Cum plures eadem rem administrant,  
& quo pacto, & quo ordine conueniri de  
beant, an in solidum, an quilibet pro sua  
parte quam gessit, haec summa tituli est.

Ne quis

# LORVM CODICIS.

Ne quis inuitus actū Reipub:

gerere cogatur.

Hic titulus liquet.

Sumptus iniuncti muneris

ad omnes collegas pertinere.

Hic quoq; titulus manifestus est.

De his, qui ex officio quod ad  
ministrarunt, conueniantur.

Hic titulus quoq; patet per se.

De solutionibus, & liberatio-  
nibus debitorum ciuitatis.

Quid multa hic dicam? Nihil est quod in  
hoc titulo alicui scrupulum iniçere possit.

Despectaculis, & scænis, &

lenonibus.

In hoc titulo Imperator uult spectacula  
sarta tecta, quod aiunt, seruari. Lenocinia  
vero, a nullo exerceri uult, L. si. eodem ti-  
tulo inferius.

De expensis ludorum.

Hic titulus interpretationem nō desiderat.

De aquæductu.

De priuilegijs eorū, per quorū fines aquæ

## EXEGESIS TITV.

ductus ineant, & qui illis præfecti sunt, it  
hōc titulo disputatur. Porro, aquædu-  
ctus, est meatus quidam subterraneus, per  
quem aqua fluit, & ducitur.

### De gladiatoriibus.

Gladiatores omnino prohibentur ab Im-  
peratore. Porro, de origine gladiatorū ita  
scribit Iulius Capitolinus. Multi dicunt a  
pudicueteres, hanc deuotionem contra ho-  
stes factam, ut ciuium sanguine litato, spe-  
cie pugnarum fortunā satiarent. Alij hoc  
literis tradunt, qd uerisimilius credo, ituros  
ad bellū Romanos, debuisse pugnas uidere  
& uulnera & ferrū, & medios inter se coe-  
tes, ne in bello armatos hostes timeret, aut  
uulnera & sanguinē perhorrescerent. Hinc  
mos tractus uidetur, ut Imperatores ad bel-  
lum proficisciētes, munus gladiatoriū daret.

### De uenatione ferarum.

Quæ feræ inter uenandū persequi pos-  
sint, hic dicitur.

### De Mauinia.

Alciatus mauima legit. At mauima, Sul-  
da authore, festiuitas est, quæ sit Romæ Ma-  
io mense. Nam Romani maritimā urbem  
adeuntes Hostiam, inter aquas uoluptati-  
bus incurvabant, inuicem se inuadentes,  
quam solen-

## LORVM CODICIS.

quam solennitatem, sustulit Anastasius Imperator.

Vt armorum usus, inscio principi cipe, interdictus sit.

Nulli inscio, & inconsulto Imperatore, arma mouere licere, hic dicitur.

De agricolis, & censitis, & colonis.

De priuilegijs agricolarum, dum, uel sationibus, uel messi, uel uindemię incubunt, hic dicitur. Tum, quando agros uendere possint agricolæ. Porro, censiti, ut ego quidem existimo, dicuntur, quorum agris census impositus est. Cæterum coloni, & coledis agris, hic dicuntur.

De capitatione ciuium censibus eximenda.

Capitatio dicitur tributum, quod a sin-gulo quoque capite quondam exigebatur. Ab hac ciues Romani ab Imperatore liberantur.

In quibus causis coloni, dominos accusare possunt.

Hic titulus satis clarus est.

Decolonis Palestiniis.

## EXEGESIS TITV

Palestina est prouintia Syriæ, coniuncta  
Arabiæ, uide Pomponium Melam libro  
primo, capite undecimo.

### De colonis Thracensibus.

Thratia est regio proxima Scythiaæ, & Pô  
tici littoris fronte, usq; ad Illyricos penitus  
remissa, regio nec cœlo leta, nec solo, & ni  
si quæ mari propior est, infœunda, frigida.  
Eorumq; quæ feruntur, maligne admodum  
patiens. Hęc ex Pōponio Mela in lib. XX.  
ascribere libuit, quod ad titulum intelligen  
dum nonnihil faciant.

### De colonis Illyriacianis.

De Illyria supra dictum est.

Vt nemo ad suum patrocinium  
fuscipt rusticanos, uel uicos  
eorum.

Hic titulus apertissimus est.

Ne rusticani ad ullū obsequium  
deuocentur.

Ethic titulus satis patet.

Non licere habitatoribus Me  
trocomiæ loca sua &c.

Alciatus in hunc titulum hoc annotauit. Sçre  
debeimus

## LORVM CODICIS

debemus, eos qui in ciuitatibus habitabantur, capitationibus non fuisse suppositos: quia uero ruri erant, contra, ut ex præcedentis tituli prima cõstitutione probatu facile est. Sed quia erant pagi quidam, qui licet ciuitatum nomine censerentur, uillis tamen nobisiores erant: & propterea, qui in his hababant, capitatione etiam ipsi exuebantur. Negat Imperator se passurum, ut in his pagis cæteri admittantur, ne fraus fiat fisco. In telligo igitur per Metrocomiam pagos hosc maiores, qui paulum infra urbis dignitatem sunt: haec ille. Porro, Budeus in posterioribus annotationib. haec annotauit, Sic est metrocomia inter uicos, ut metropolis inter urbes, & suisq; colonijs agnoscitur.

Vt nullus ex uicarijs, pro alienis uicariorū debitibus teneatur.

Hic habes ex contractu unius, alterum non obligari, ut est etiā in L. penultima, C. ne uxor pro marito.

De censibus, & censoribus, & per æquatoribus, et inspectatoribus.

Id est, publicis pensionibus, & censoribus, id est, censuum impositoribus, & peræquatoribus, id est, de exactoribus cen-

## EXESES TITV

suum capitulationis. Dicuntur uero peræquatores, quod æqualiter ab omnibus censum exigant. Porro, inspectores in præsenti titulo dicuntur ij, quibus est potestas prædia prouincialia inspiciendi, an forsitan aliqua aut deserta iaceat, aut male colantur.

### De omni agro deserto, & quando steriles fertilibus impo nuntur.

In hoc titulo tractatur, quid Iuris sit cū agro deserto, qui alicui nouo possessori habitandus datur. Tū etiam tractatur, quando steriles agri cum fertilibus cōpensantur.

### De fundis limitrophis, & ter ris, & paludibus, pascuis li mitaneis & castellorum.

Limitophi fundi dicuntur & limitanei militibus, quod tenerentur eorū possessio  
nes annonā inde prouenientē, ad castra mi  
litum ducere, qui in Imperij limitibus excu  
babāt aduersus barbaros. Porro, ut fundi  
limitanei a limitrophis discrepent, Aelius  
Lapridius his uerbis indicat, Sola quoque ho  
stibus capta sunt, limitaneis ducibus, & ho  
stibus donauit, ita, ut eorum essent, si hære  
des eorum

## LORVM CODICIS.

des eorum militarent, nec unquam ad pri-  
uatos pertinerent, ducens attentius eos mi-  
litarios, si etiam sua rura defenderent; hęc  
ex Alciato. Cæterum, quod in fine tituli  
additur, castellorum, ratio Grammatica di-  
cta, ut castellis legamus.

De pascuis publicis, & priuatis.

Hic titulus satis liquet.

De fundis patrimonialibus, &  
saltuensibus, & emphiteoticis.

& eorum conductoribus.

In hoc titulo agitur de fundis patrimo-  
nialibus, id est, proprijs ipsius impatoris.  
Et saltuensibus, id est, fundis, qin custodiā  
saltuum sunt. Et de fundis emphiteoticis,  
tum de eorum fundorū conductoribus.

De mancipijs, & colonis patri-  
monialium, & saltuensium, &  
emphiteoticorum fundorum.

Hic titulus apertus existit.

De fugitiuis colonis patrimo-  
nialibus, saltuensibus, et em-  
phiteoticis.

Ethic titulus liquet.



## EXEGESES TITV

De collatione fundorū patrimoniū, & emphiteoticariorum.  
Hic titulus, quia clarus est, a me præteritur.

De fundis rei priuatæ, & saltibus diuinæ domus.

Id est, de fundis fiscalibus, & paludibus diuinæ domus, id est, Imperij Cæsaris.

De fundis, & saltibus rei Dñica.

Hic titulus clarus est.

De agricolis, & mancipijs Dominicis, uel fiscalibus Reipub. uel priuatæ.

Nec in hoc titulo, ut aliquid dicā, opus est.

De prædijs tamiacis, & de his qui ex colonis Dominicis, alijsq; liberis cōditionis procreantur.

Alciatus fundos tamiacos esse putat, q; dī pensatori publico præstabant annuos fructus uectigales, quibus ille postea in domo Imperatoria dispensabat alimenta. Nam tamias dispensatorem significat.

Dediueris

## LORVM CODICIS.

De diuersis p̄dijis urbanis, &  
rusticis templorum, & ciuita-  
tum, & omni redditu ciuili.

Hic titulus satis per se, quid uelit, ostendit.  
De locatione prædiorum ciuiliū,  
uel fiscalium, siue templorū, siue  
rei Dominicæ, uel priuatæ.

In hoc titulo Imperator tractat quid iuris sit  
in locatione p̄diorū ciuilium. i. ciuitatum:  
uel fiscalium. i. ipsius imperij: siue templorū. i.  
ædiū sacrarū: seu rei priuatæ. i. uniuscuiusq;  
hominis: uel Dominicæ. i. Imperatoris.

De conductoribus, & procu-  
ratoribus, siue exactoribus præ-  
diorū fiscalium domus Auguste.  
Id est, ipsius Imperij.

Quibus ad conductionem præ-  
diorū fiscalium. i. ipsius Imperij, ac-  
cedere non licet. Titulus hic est facilis.

De collatione fundorum fisca-  
lium, uel rei priuatæ, uel Do-  
minicæ, uel ciuitatis, uel tēpli,

## EXEGESES TITV<sup>A</sup>

Quid hoc in titulo apertius esse possit?  
**D**e priuilegijs domus Augu-  
stæ, uel rei priuatæ, & quarū  
collationū excusationē habet,  
Nec hic titulus ullam exegesim requirit.

**D**e grege Dominico.

**I**d est, grege pecudum ipsius Imperatoris,  
**D**e palatijs, & domibus Do-  
minicis.

**I**d est, locis in quibus Imperator cōmorat.

**D**e cupressis ex Iuco Daphnes,  
uel Perseidos per ægyptum non  
excidendis uel uendendis.

**D**aphnæ Antiochiæ in Syria suburbanum  
est, quod lxxx. stadiorū ambitu clauditur,  
ut scribit Strabo, in eo erant spectatissimæ  
lauri, authore Ausonio, unde & nomē sua  
psit. Addit Philostratus, alibi isolatas in eo  
nasci cupressos, in memoriā Cyparissi, quē  
Apollo dilexit, cui ille lucus est sacer. Per-  
seidis aut̄ luci rara est admodum apud au-  
thores mentio. Hæc ex Alciato adserreli-  
buit, quæ ad titulum intelligendum, pluris  
mum momenti adferent.

Liber xii.

LORVM CODICIS.

# LIBER XII.

DEdignitatibus.

Hic titulus clarus est.

De prætoribus , & honore  
præturæ, & collatiōe, & gle-  
ba, et clavi, & folli, & septem  
solidorū functione sublata .

Intellige hūc titulum de prætoribus mi-  
litaribus. Cæterum, ut hunc titulū ad ple-  
num intelligas, uerba Alciati adscribā, qui  
non facile, inquit, reperies quid gleba, cla-  
uis, follis, & septem solidorum functio sit:  
quare existimo, quoties aliquis præturam  
inibat, intelligo autem militarē, solitos suis  
se prouinciales, seu quoscunq; alios, in ma-  
gistratus initio, illi collationem quandam,  
seu munus septem solidorū conferre, quod  
quidem munus mixtum erat. Vt ebantur,  
& fortassis solennibus dationibus, ut gle-  
bam, clavē, follem darent, quas omes hæc  
Imperatoria constitutio antiquauit: ferebāt  
autem glebā, uel propter auertendā carita-  
tem penuriamq; ut memor esset prætor, ita

O iii

## EXESES TITV

res curare, ut annonæ ratio salua esset, uel etiam, ut ipse in administratione ita se gereret, ut omnes accepisse uideretur aruū pro gleba. Clauem uero idcirco dari credendū est, quoniam ea signum libere potestatis, & dominij in rebus acquisiti, qd utiq; nec nostri Iurisconsulti prætermisere. At follis aut ad ostendendā potentiam præstabatur, sicut legimus missam ad se ab Dario pilā interpretatum fuisse Alexādrum Magnum, uel sane eum militarium rerū habere potestatem, hæc ille. Alia, quæ in hunc titulum uir ille doctissimus scribit, in annotationib. triū posteriorum librōrū Codicis repient.

De Consulibus & non spargēdis ab his pecunijs, & de præfectis, & magistratibus militū, & patritijs.

Vt iuuenis studiosus intelligat quid moris fuerit in pecunijs spargēdis. En Vopisci uerba in Aureliano subscribam, Vidimus proxime consulatū Furij Placidi tanto ambitu in circo editū, ut non premia dari aurgis, sed patrimonia uideretur. Cū darentur lineæ subsericæ, lineæ paragaudæ, darentur etiā equi ingemiscētibus frugib. minibus. Factum est enim, ut iam diuitiarū sit, non

## LORVM CODICIS.

It, nō hominum consulatus : hæc ille. Por  
ro, quod in titulo est de patritijs, nolo iuu  
nis intelligat illos patritios, qui ex Senato  
rj ordinis uiris progeniti sunt, ut est apud  
Liuiū li. pri. ab urbe : sed de patritijs mul  
to maioribus, ut qui non ex successione de  
bita, sed à principe creari solebant.

De præfectis prætorio, siue iur  
bis, & magistris militum in di  
gnitatibus execuendis.

De illis magistratibus in lib. primo a me  
~~κατεκόρως~~ dictum est.

De præpositis sacri cubiculi, &  
de omnibus cubicularijs, et pri  
uilegijs eorum.

Hic titulus nulli non expositus est.

De quæstoribus, & magistris  
officiorum, & comitibus sacra  
rum largitionū, et rei priuatæ.  
Hic titulus, quia apertus est, a me silentio  
præteribitur.

De primicerio, & secundicerio  
& Notariis.

O iii

## EXEGESES TITV.

Primicerius, authore Alciato, notarius principis dicitur, & honore inter notarios primus. sicut sequens dicitur secundicerius, κηρός enim ceram significat, κέρωμα tabula ceram, in qua antiqui scribebant. Ab huiusmodi igit̄ tabulis dicti sunt primicerii.

Vt dignitatum ordo seruetur.  
Hic titulus per se patet.

## De magistris sacrorum scriniorum rum.

In hoc titulo Imperator refert priuilegia magistrorum sacrorum scriniorum Cæsaris, hoc est, τῶν ἀνπυράφεων, ut Græci dicunt, id est, obseruatorem pecuniæ principis, Ciceronem custodes uocat.

## De Comitibus consistorianis.

Id est, de Comitibus cōsistorij Cæsaris, At consistoria dicuntur archiua Cæsarea, & Imperatoris Palatinæ domus, quæ euā uocantur Augustalia.

## De Comitibus, et tribunis scholarum.

In hoc titulo tractatur de Comitibus et tribunis scholaribz. i. locoribz, in quibus tyrones ad opera bellica exercentur.

De comitibus

## LORVM CODICIS.

### De Comitibus rei militaris.

Id est militum. Obserua in his titulis us  
tria genera Comitum.

### De Comitibus, et archiatriis

#### sacri palatii.

Id est, de Comitibus, & medicis, qui in au  
la Imperatoria uersantur.

### De professoribus, qui in urbe

#### Constatinopolitana docentes,

#### ex Lege meruerunt Comitiuā.

Id est, honorem Comitū, hic tit. planus est.

### De silentiariis, et Decurio nibus eorum.

Alciatūs ex Procopio ita annotauit. Proco  
pius, inquit, ad ea quę getis sunt in palatio,  
ministrum, silentiariū uocant, sicuti dome  
sticum, arcanorū principis consciū. Porro,  
Decuriones dicuntur, primarij Cæsarum  
consiliarij.

### De domesticis, et protecto ribus.

Domestici, ut iam dictum est, dicuntur ar  
canorum principis consciq. Protectores di  
O v

## EXEGESSES TITV.

cuntur, qui ornatū stipant latus principis,  
**De præpositis laborum.**

Varia est huius tituli lectio. Sunt qui legunt, ut uulgo legitur, de præpositis laborum, ut intelligamus omnes ministros dominus Imperatoriaæ. Sunt qui eulaborum legant, Εὐλαβίς uero, authore Suida, negotiorum susceptorē significat. Accur. annoxit & labarū legi. Et Alciatus scribit labarū esse speciē vexilli alijs nobilius, quod ante Imperatores feratur. Deniq; sunt, qui legant de præpositis libellorū, hæc annotare libuit, ut lectori coniectādi ansam præberet.

**De proximis sacrorum scriniorū, cæterisq; , qui in sacris scriniis militant.**

Sunt qui tradāt tria scriniorū genera quoniam fuisse: epistolarū, libellorum, cōventionaliū, & cognitionū, & rationatorū, & de præpositis omnibus horū scriniorum in hoc titulo tractari, id qd mihi non prorsus displiceret. Scrinia sunt plutei & armaria, qbus cōmentarij & libelli, literariaq; monimenta cōcludi solent: vide Budeū in prioribus annotationib. Pādecta. Iuris Ciuilis.

**De agentibus in rebus.**

Qui dicātur

## LORVM CODICIS.

Qui dicantur agentes in rebus, ostendit Imperator inferius in L. secunda, de curiosis, & stationarijs, in qua Lege, ut obiter hoc monieā, evectiones publici cursus dicuntur diplomata, uel chartulæ signo principis ob signatæ, uel tesseræ, q̄bus agnitis, q̄  $\tau\pi\alpha\varphi\chi\sigma$  dicuntur, hoc est, præsides, & alij magistratus, præfecti, & vehicula cum equis publici cursus accommodabant. Budeus in posteriorib. annotationibus Iuris Civilis.

### De præpositis agentium in rebus.

Id est, qui præsunt agentibus in rebus.

### De principibus agentibus in rebus.

Bartholus hic annotauit principes agentiū in rebus, appellari eos, qui palmā laborū meriti per defluxum xxv. annorum, per principē quieti traditi sint, ut in infra L. i. et iij.

### De curiosis, & stationarijs.

Alciatus scribit curiosos hic appellari, q̄ cōmissa in curia principis, uel in comitatu præsidum, per omnes prouincias retulerint ad præfectos, & inde nomē sūpsisse. Porro, stationarios, idē Alciatus refert, p̄ his accipi debere, q̄ stationariorū militū debita deferat.

## EXEGESSES TITV'

### De Palatinis sacrarę largitionū & rerum priuatarum.

Alciatus ex Græco quodam Iuris inter  
prete, hæc annotanit, Græcus legum inter  
pres, Palatini, inquit, cōmuniter dicūtur oēs  
habitantes in palatio, alij quidē semper in  
domo Augusti perseverantes, qui comita/  
censes dicuntur. Comitatū autem locū ap  
pellant, in quo uitam ducebat Imperator.  
Qui uero in prouincias mittebantur, dicū  
tur Mittēdarñ, & mittēdo: hæc ille. Porro,  
Palatini sacrarum largitionū mihi dici uidē  
tur ij, qui aut stipēdia erogant, aut qui pro  
curationē Reipub. suscepereunt. Quod ue/  
ro additur rerū priuatarum, ego intelligo  
rerum priuatarum Cæsaris.

### De stratoribus.

Alciatus mauult hic legere statoribus,  
ut intelligamus eos, quos princeps uaria ne  
cessitate mittit ad prouincias, ut nūcient ali  
quid, quibus tenentur prouinciales subin/  
de mutare equos, q̄ celerius eant: uulgs  
uernacula lingua, equitantes, principis fa/  
mulos uocat. Porro, stratores dicebantur  
milites, qui castra præibāt, ut loca accōmo  
datoria ad traducendū exercitum facerent,  
de quibus Vegetius libro secundo.

Decastren

## LORVM CODICIS. De castris & ministerianis.

Alciatus hūc titulum rectius inscribi puet de castris ministris, de quorum officio Lāpridius in Alexandro ita scribit, Aulicum, inquit, ministeriū in id contraxit, ut essent tot homines in singulis officijs, q̄e necessitas postularet, ita, ut annonas, nō dignitatem acciperet, fullones, & uestitores, & pistores, & pincernæ, omnes castrenses ministri: hæc ille.

### De Decanis.

Modestinus in libro de rei militaris uocabulis. Decani, inquit, erant decem militibus præpositi, qui nunc caput cōtubernij uocantur.

### De mensoribus.

Mensores inquit Vegetius & Modestinus, sunt qui in castris ad podium dimentuntur loca, in quibus tentoria figant, uel qui hospitia in ciuitatibus præstant.

### De priuilegijs eoru, qui in sacro palatio militant.

Titulus clarus est.

### De priuilegijs scholarum.

Id est, militantium in sacro palatio. Nā & schola militum dicitur, Vegetio authore.

EXEGESSES TITV,  
Decastrensi omnium Palatino  
rum peculio.

Hic titulus manifestus est.

De equestri dignitate.

Ethic titulus multo clarissimus est.

De perfectissima dignitate.

Præses hispaniæ Tarragonensis, & præses  
Norici erant perfectissimi tantū, ut hic mul-  
tis uerbis Alciatus ostendit.

Qui militare possunt uel non,  
de seruis ad militiæ dignitatē aspi-  
rantibus, & ut nemo duplici mili-  
tia uel dignitate, & militia simul,  
utatur.

Hic titulus per se satis constat.

Negotiatores ne militent.

Quid hoc titulo apertius?

De re militari.

In hoc titulo Imperator tractat de rebus ad  
milites pertinentibus.

Decastrensi peculio, & præfe-  
cti annonæ.

Peculium

## LORVM CODICIS.

Peculium castrense, est quod a parentibus, uel cognatis in militia degenti donatum est: uel qd ipse filius familias acquisiuit, L. si forte, & L. castrense, ff. de castrensi peculo. Porro, quis prefectus annonae sit, supra dictum est, & uide Liuium libro quarto, ab urbe condita.

## De erogatione militaris annonæ.

In hoc titulo tractatur, quo pacto anno na militaris inter milites partiatur. Porro, Vegetius annonas expensas uocat eas fru-  
gū pabulicę species, quas prouinciales milli-  
tibus expendunt.

## De excusatione, & trāslatione militarium annonarum.

In hoc titulo tractatur, quomodo cibi  
in bello excoqui possint, ut diu durent.

## De militari ueste.

Hic titulus clarus existit.

## De metatis epidimeticis.

Alciatus legit metatores. Cæterum, me-  
tatores sunt milites, qui præcedentes locū  
eligunt castris, ut Vegetius author est. At  
epidimeticidici uidetur, qui in urbibus lo-  
ca metantur, ἐπιδημέω enim idem ualeret, qd  
in ciuitatem in rem præsentem uenio. Bus

## EXEGESES TITV.

Deus in posterioribus annotatiōibus ita scribit, Mēsores, inquit Vegetius, sunt qui ad podis̄sum, id est, pedum dimensionem di metiuntur loca, in quibus tentoria figantur q̄ hospitia in ciuitatib⁹ præstāt, hic etiā metatices dicuntur, & metari uerbū et metata in titu. de metatis, in codice. ~~sue~~ Græce dicitur, cuius rei maximus erat usus Romanis in castris, ut docet Polybius.

## De salgamo hospitibus non præstando.

Salgami appellatiōe, authore Alciato, uenit oleū, butyrum, sal & huiusmodi escu lenta ad condiendum, atq; etiam alia indies necessaria, uelut ligna, Ausonius, Salgama nō hoc sunt quod balsama, cedite odores.

## De commeatu.

Cōmeatus, in præsenti titulo accipitur pro copia & facultate abeundi a milia, ut de Vallam.

## De tyronibus.

Hic titulus apertus satis est.

De littorū, & itinerū custodia.

Et hoc titulo nihil apertius esse posset.

## De desertoribus, & occultatorib.

De desertorib.

## L ORVM CODICIS.

Dedefectoribus, intellige militiæ, & occultatoribus, id est, de his, qui occultat alii quem, qui militiā, & castra deseruit.

### De ueteranis.

Hic titulus ut exponatur, opus nō habet.

### Defilijs officialium militariū,

qui in bello moriuntur.

Nihil hoc titulo clarius existit.

### De oblatione uotorum.

Quomodo uotis promissis principis satisficeri debeat, hoc in titulo traditur.

De numerarijs, actuarijs, & chartularijs, & adiutoribus, siue scribanijs, & exceptoribus sedis excel

sæ, cæteroruq; iudicum, tā milita

rium, quam ciuilium, id est magistratum.

Numerarius dicitur, qui summas pecuniarum sub calculū uocat. Actuarius, qui acta actionesq; calamo præpostero describit, & descripta recitat. Chartularius, qui chartarum publicarum tractatibus occupatur. Sumarius uero, est scriniorum, id est, rerum arcanarum custos. Exceptores mihi

P.

## EXEGES. TIT V<sup>o</sup>

dici uidentur ij, qui breuiter aliquid à dicta  
re annotant.

### De cursu publico, & Angarijs, et Parangarijs.

Quid cursus publicus sit, ita ostendit Al-  
ciatus: Sciendum est, inquit, per dispositos  
locos prouinciarum habuisse Imperatores  
quosdam equos, qui sumptu publico ale-  
bantur, ut quoties repentinum aliquid acci-  
disset, mutatione equorum citissime quo uel  
let Imperator posset mittere quēcunq; nun-  
ciū, uulgas Postas uocat: hæc ille. At uero  
apud Persas erat ἀγρεῖον σφόμυα cursus  
perciſiſimus equitū, ut scribit Herodotus  
in octauo, unde nomen Angariæ & Paran-  
gariæ, sic enim legendum est, promanat.

### De tractatoribus, et statuis.

Tractatores in præsenti titulo dicuntur,  
qui tractatorios habent, id est, licentiam ad  
ducendi equos in cursu publico, quam Pli-  
nius in epistola ultima ad Traianum diplo-  
ma uocat, uide Budeum in posterioribus  
annotatiōibus Iuris Ciuilis. Enī uero pro  
statuis in titulo, statuiis, legendum est, Al-  
ciato authore. Sunt uero statua loca, in qui-  
bus aliquis moratur.

De appar-

LORVM CODICIS.

De apparitoribus præfecto  
rum prætorio, et priui  
legijs eorum .

Id est, ministris præfectorum prætorio &c,

De apparitoribus præfecti  
urbis.

De apparitoribus magistrorū  
militum, et priuilegijs eorum .

De apparitoribus Comitis  
Orientis .

Hi tituli tres per se clari sunt.

De cohortalibus, et principi-  
bus cornicularijs , ac primi-  
pilarijs .

Alciatus pro cohortalibus, legit cohorta-  
libus, quod in domestica militia alicuius co-  
hortis sint . Cæterū, quid cornicularijs sint,  
indicat Ausonius, dum inquit, Accēsi dice-  
bantur attributi Decurionibus, hoc est, mi-  
nistri eorum, quasi ad censum additi, quos  
nunc commentarienses , & cornicularios  
appellat. At primipilarij , uel primipilus di-  
citur Centurio primæ cohortis, authore Li-

## EXEGESSES. TITV.

nio libro septimo. Nā ordo tres partes habebat, quarum unāquāq; primū pilum uocabant, uide Vegetum libro secundo.

## De apparitoribus præfectianonæ.

Hic titulus clarus est.

## De diuersis officijs, et apparitoribus Iudicum, et approbatoribus eorum.

Et hic titulus clarus existit.

## De exceptoribus, et exactoribus, tributorum conscriptoribus, & exactoribus tributorum.

## De lucris aduocatorū, et cōculsione officiorum siue apparitorum.

Quid iuris sit, si quis ab aduocatis Cæsarīs, & alijs Cæsarianis officijs occupari lēdatur.

## De primipilo.

Hanc uocem, non ita multo ante expli-  
cavimus.

## LORVM CODICIS.

Publicæ letitiæ , uel consulū  
nūnciatōres , uel insinuatōres cō  
stitutionum , & aliarum sacrarū  
uel iudicialeū literarum , ex descri  
ptione , uel ab inuitis , ne quid acci  
piant immodicum .

Nuncij publicæ lætitiae , uel aliarum  
rerum in titulo enumeratorum ,  
non debet ab inuitis immo  
dicum accipere , hoc  
uult titulus .


F I N I S .

P iii

1841.32

Haganoæ in ædibus Iohannis Secerii,  
Anno M. D. XXIX.  
Mense Augusto.





OCN 67949731